

# SPECULUM CON- SCIENTIÆ

SEU

Discursus moralis, quo, cum illustri-  
um & præcipuarum Quæstionum  
decisione Axiomatūmq; evoluti-  
one, natura perspicitur conscientiæ,

ADORNATUS ET

*Auxilio supremi Numinis, ex suffragio & appro-  
batione Ampliss. Facult. Philos. in Illustri &  
floquentiss. Regia Acad. Aboensi;*

SUB PRÆSIDIO,

*Nobilissimi & Consultissimi VIRI,*

**M. SAMUELIS GYLDENSTÄLPES**

*de Kerrenheim hæred. Polit. & Hist.*

*Profess. Ord. benefactoris & fautoris*

*sui plurimum colendi:*

*pro Magisterij Philos. privilegiis & honoribus  
obtinendis, publico eruditorum examini  
placideq; censura*

COMMISSUS AB

**ENEVALDO WIDBECKIO** Smol.

*Auditor. sup. & max. Anno 1672*

*die 31. Martij horis ab 8. matutin.*

Aboæ, excusum a PETRO HANSONIO.

*Per Petrus Hansonius*

CELSISSIMO ET ILLUSTRISSIMO  
HEROI AC DOMINO,

DN. PETRO Brahe/  
Comiti in Busingborg/ Lib. Baroni  
in Casana/ Domino in Rydboholm/  
Lindholm/ Brahelinna & Bogesund/  
&c. Regni Sveo Gothici Senatori  
supremo, Drotzeto ac justitiæ Ge-  
nerali Directori, Wesmanniæ, mon-  
tium & Dalecarliæ Legifero atq;  
Celeberrimæ Regiæ Academiæ  
Aboënsis Cancellario:

Musarum maximo Patrono

AC

Domino meo Clementissimo

*Hoc Conscientiæ Speculum, disputationis  
loco inauguralis luci publicæ da-  
tum, humillimo & subjectissimo  
animo dedico ac offero.*


CELISSIME COMES,  
DOMINE CLEMENTISSIME;

**D**edisti, Comes Celsissime, quod vi-  
deto semper honore, inter publica  
seculi ornamenta memorabit orbis, huic  
suum celebri musarum sedi, virtutum  
Illustri theatro ortum; dedisti lucem, de-  
disti fastigium, amore patriæ & publicæ  
rei curâ, latè per orbem & orbis famam  
portandis, dicendis natis, narrandis po-  
steris & consequentium seculorum memo-  
riis. In pulcherrima igitur obsequij &  
servitutis descendere certamina, quid nisi  
singulos nostrum decet? Et succrescentes  
hinc fructus, cujus, nisi tui? Ego, cum a-  
liud, celsissimo tuo nomine dignum, non  
invenio, hunc meum Academicum la-  
borem, studiorum meorum fructum,  
Celsitudini Tuæ in subjèctissimæ mentis  
arrham libandum a veo: Non quidem ut  
vel is sit dignus, Illustrissimam Tuam ut  
subeat faciem, cum sit exiguus & non  
dum

*dum maturus, sed debita tantum servituti ut redimam famam; Me igitur, ut infimum servorum tuorum vel uno hoc clementiæ radio facias beari & illum ipsum benigno digneris vultu, supplex ad Tuæ celsitudinis pedes advolvor. Quod superest: scintillant pectoris mei universi sinus in vota ac suspiria devota, etiam reliquam vitæ hujus partem, quam prolixam cœlestis illa clementia faxit, felix ac beatus transeas, reipublicæ immortalitati, supremi Numinis gloriæ, solatio civium, in longam ævi memoriam!*

## Celsitudinis Tuæ

Subjectissimus servitorum  
ENEVALD. WIDBECK.  
Author & Resp.



 Admiratur, Lector benevo-  
 le, homo in regno animan-  
 tium princeps, quæ sunt ex-  
 tra se, splendidos illos celo-  
 rum cives, tantam circumfe-  
 rentes corporis molem, tam celeres tamen  
 & agiles cursores, tam indefessos, tam  
 venustâ confusione ordinatos! Innume-  
 ros telluris communis nutricis admiratur  
 alumnos! Stantes arbores, foliorum reni-  
 tentes germine, hilari cum odore gratas  
 diffundentes umbras & clementi brachio-  
 rum motu, dulces obsibilantes susurros:  
 Has inter, admiratur loquaces decurrentes  
 rivulos, crystallo nitidiores, qui errantibus  
 mirificè ludunt undis & querulo rore ve-  
 xant lapillos, ubi musico quasi pulsatur  
 concentu. Florum admiratur decora, ar-  
 gentea ista, quæ e viridi prato rident lilia;  
 quæ promicant purpurascens rosas. Di-  
 tissima illa naturæ æraria montes, quo-  
 rum viscera auri argentiq; plena, copio-  
 samq; hiacinthorum admiratur familiam,  
 Ad vasti stupet incolas pelagi! Infinita  
 hæc & hujusmodi alia, inquam admiratur,  
 non



non quidem abs re, miranda naturæ molimina sunt, et omnium retroactorum leculorum decursu credita. Ast! Si delictum illud naturæ, in semet descendat ipsum, inveniet vel in singulis sui corporis angulis, in singulis sui partibus, admiratione digna! maximè tamen, in augustissimo sapientiæ & virtutis fano animo; hic quæ admirationem suprâ cuncta provocabunt, erit reperire. Taceo cœtera, inveniet hic, mirabile, ineffabile, *sublime, cœleste ac divinum depositum Conscientiam*, quam summus rerum artifex penes mortalium quemq; sibi illabefactam referendam deposuit. *Tribunal hæc Dei est, radius divinæ voluntatis, lex Dei, legis Dei præco;* *Hæc una*, reum, actorem testem, notarium & judicem agit. *Hæc* si bona, beatitudo te manet, si mala, suprema hujus vitæ miseria. Vis admirari mortalis? hic habes: *Mirare hospitem tam cœlestem, corpore in humano, tam fragili diversorio hospitari, publico æternitatis decreto mortali, vanitati obnoxio! mirare.*

rare *flammam tam divinam*, tam debili  
ardere in materie! *Hujus* E. indagare  
naturam, negotium quam plenum diffi-  
cultatis putabis, cum sit quid sublime, altū,  
nobile, abditis abundans mysteriis, & nos  
in hac imperfectionis scenā ad naturæ  
amphitheatrum seu noctua ad lumen ca-  
ligemus meridianum: adeo, ut *ἐν βύθῳ*  
& ultimis rerum thalamis delitescere ve-  
ritatem vel cum Demerito conqueri te-  
neamur. Quod, tum indefessum philo-  
sophantium studium, tum nuncia temporis  
& veritatis magistra firmant. Interim, nè  
iniquissimi simus nostræ naturæ decoctores,  
urget necessitas, jubet utilitas, & svadet sva-  
vitas, ut cognitionem veritatis, quantum  
in nobis est omnibus viribus venemur,  
quā, animo nostro nullus offertur suavior  
cibus. Præcipue convenit, nos ipsos ut  
cognoscamus, turpe est alia scire & se-  
ipsum nescire ut loquitur Sperling. Sed  
hic minus laxo spaciabor calamo. Hoc  
tantillum adjicio. Mihi in *mirandæ Consci-*  
*entiæ adyta* intromitti cum avebam, vel  
leviter & breviter *Illā* abumbrare satis fuit.  
Satis mihi tantum admirari. Idq; , neq;  
quantum

quantum volui & debui, sed quantum  
ingenii vires permiserint & per interje-  
ctos occupationum concursus potuerim,  
Favere tamen huic meo exiguo labori,  
Lector benevole, virtute tuâ dignum exi-  
stima, me vicissim studiis & animo tuo  
addictissimum sanctè promitto ac spon-  
deo. Hisce cunctipotentis patrociniò  
fidelitèr commendatus, vale!





De

NATURA CONSCIENTIÆ  
PRÆCEPTA, I.

CONSCIENTIA est reliqua rectæ  
Rationis scintilla, mortalibus  
cunctis ab ortu divinitus insita,  
ut sit bonorum malorumq; Fa-  
cinorum index & judex.

II. Dividitur in bonam seu  
adprobantem & malam seu op-  
probrantem.

III. Bona est rectè factorum  
indubitata & dulcis approba-  
tio, animum possidentis tran-  
quillans ac lætificans.

IV. Mala est malè factorum  
anxia ac rodens obprobatio,  
animum quem habitat mor-  
dens, lancinans ac horrendis  
ictibus cœdens.

## PRÆCEPTA IN GENERE.

## §. 1.

**A**Ntequam vela expandero & navim in hoc æquoris divini fretum altius immifero; è re fore arbitror, præmittere tria. 1. Antiquã errorum matrem ὀνωυμίαν. 2. Amicam vocum unionem Συνωυμίαν. Et 3. intimam vocum cognationem ἐτυμολογίαν. ὀνωυμία his absolvi videtur. Quod usurpatur hæc vox *Conscientia*, (α) nimis latè, pro principiorum innatorum, tam theoreticorum (qualia) *O. totum est majus qualibet sui parte, equalibus si addas equalia, quæ exsurgunt sunt equalia, impossibile est idem simul esse & non esse, &c.*) quam practicorum, (qualia: Deus est colendus, nemo est lædendus, unicuiq; quod suum est tribuendum, honestè est vivendum &c.) naturali notiã seu cognitione, quam nobiscum in mundum cum editur, singuli ferimus. Hanc *Conscientiam* salutare

amat

amat *Cartesius* sapientiæ humanæ principium, etiam alio nomine eam appellat vid. cogitationem. vult quippè *Conscire* vel cogitare, idem esse, quod intelligere, velle, sentire & imaginari. (β) Nimis strictè, vel 1. pro *Conscientiâ* tantum malà, utpotè, cum apud Romanum leporis parentem, grave dicitur *Conscientia* pondus. Et ut fert Grajorum adagium: *Συνείδησις τὴν ψυχὴν πλήττει.* i. e. *Conscientia* verberat animum. vel 2. pro bonâ saltem; Ut idem svadæ Romanæ princeps: Mea mihi pluris *Conscientia* est, quam omnium hominum sermo. Hoc etiam modo acceptam, non nunquam invenies in scholis sapientiæ humanæ consultorum pro civili beatitudine, vel principe ejus parte censeri. (γ) Latè, pro judicio naturali de principiis universalibus, junctim theoreticis & practicis, aliàs tum judicium intellectus vocitatur; & sic considerata aliud esse non videtur, quam *ratio*, quæ uti intellectus ipse, theoretica, cum de rebus theoreticis & practica, cum

3  
Cartes.  
De prin  
cipiis  
humane  
cog  
nitio  
nis  
parte  
primâ.  
Cicero  
Citatur  
hoc  
Græc.  
adag à  
lipf in  
civil.  
doct.  
c. 5.  
Cicero.

August  
VV  
de  
vittbeag

judicat de practicis, in eruditorum  
choris passim decantatur. Undè  
quotiescunq; aliquid dicitur, vel *Con-*  
*scientiâ* evinci, vel ratione doceri,  
vel rectæ rationi consentaneum esse,  
intelligendum verum & certum.  
Erit quippè vel principium naturâ  
notum, vel quod ex ejusmodi prin-  
cipio per bonam & legitimam con-  
sequentiam deducitur. (d) Strictè,  
pro actionis voluntariæ principio,  
ignorantiæ opposito. Et dicit tan-  
tum *scientiam*, seu *cognitionem* quan-  
dam *legis innatæ* ad vitæ actiones  
adplicatam, suggerentem homini  
quid ipsi conveniens vel inconve-  
niens: Appellatur aliàs sic accepta  
*Conscientia faciendorum*. (e) Adæquatè;  
& sic *materialitèr* spectata, *portioncu-*  
*lam illam rectitudinis concreata*, quæ post  
lapsum remansit notare creditur,  
& includit tantum *legem naturæ* seu  
principia practica nobiscum nata,  
nobis discrimina honestorum & tur-  
pium enudantia, quibus solos cum  
terminos intelligimus, sine ulteriori  
inquisitione calculum addimus: for-

Itterū  
Horn.Nicetæ  
com-  
ment:  
in S. G.  
Naz.  
Orat.  
xvi.  
V Ven-  
del. in  
Philos.  
moral.  
l. 1. c. 15.  
Horn.

malitèr verò, dicit *actum mentis*, cu-  
 jus objectum internum est scientia  
 illa legis innatæ & nostræ memoriæ:  
 externum vero, actiones seu facta  
 humana, quorum sola varietas variat  
 eam etiam moralitèr. De qua re in  
 posterum divinâ ope adjutus amplius  
 non nihil differam. Atq; hanc con-  
 siderationem *conscientiæ*, cum justam  
 ejus latitudinem exhaurire adparet,  
 volumus hâc vice nostram, ut ex defi-  
 nit, patet; sic enim indicat quid faci-  
 endum, factum notat, notatum indi-  
 cat rursus hocq; judicat ad volunta-  
 tem divinam, *cujus ipse radius quidam*  
*est. Quare & sensus divini judicii salutatur*  
*a Doctus & tribunal Dei in cordibus omni-*  
*um erectum.*

§. 2. Quæ *συνομινας*, tum in rati-  
 one materiali, tum formali concer-  
 nunt, hæc esse possunt. Justitia Dei,  
 lumen naturæ, *lex* intellectus, reli-  
 quiarum imaginis divinæ scintilla,  
 rationis dictamen, Tacita mentis ra-  
 tiocinatio, judicium partibus inte-  
 grantibus absolutum, naturæ lex.  
 Genitrix bonorum morum. Virtu-

5  
 Dana  
 have-  
 rus in  
 quest.  
 moral.

VVens  
 delin  
 tup.cit.  
 L.1c.4.

Rom.1.  
 v. 32.  
 Damas  
 de fid.  
 orth.  
 c. 124  
 Friedl.  
 Idem  
 VVed.  
 Gregi;



6  
Cicero.  
Hugo.  
Hieronymus.  
Juvenalis.  
Horat.  
Lib. 1.  
ad Mac

tum theatrum, cordis scientia, sanctitas naturalis. iudicium recti & pravi, testis individuus, factorum notarius & factorum codex. &c.

§. 3. Circa *ἐτυμολογίαν*, notamus descendere Conscientiam à *Consciendo*. Hinc illud tritum poëta: *nihil conscire sibi, nullâ pallefcere culpâ, &c.* unde liquet, esse Conscientiam quiddam homini intimum ac conjunctissimum, quo in se ipsum descendit & remotis aliis arbitris & testibus se ipsum examinat, ruminando facta, testatur pro se, vel contra se, & sic pro ratione factorum pronunciat sententiam tandem, vel pro se vel contra se. Quare tria hæc cum primis includit *conscire illud*: dictare, indicare & judicare. Idem videtur notare Græca vox *συνείδησις*, laxius non nihil accepta, νόμον & κρίσιν involvit: νόμῳ dictat, *συνείδησις*, in specie sic dicta, indicat & applicat, κρίσις vero judicat. Idem videntur innuere vox Sveca *Samveet*/ Germanica *Gewissen*/ & Fennica *Tundo*. certò vid. secum scire, honesta esse prosequenda

da

da & turpia fugienda; certò scire, 7  
se reum vel innocentem, certò scire,  
semetipsum absolvere vel damnare.

AD

PRÆCEPTUM. I.

§. 1. Expositâ sic definitionis nominalis ratione, consequens est, ut in theatrum definitionis *Conscientiæ* realis intromittamur. visum nobis fuit describere *Conscientiam* per reliquam illam rectâ rationis portionculam seu scintillulam, cum adpareat commodissimè naturam ejus exprimere posse nostriq; instituti rationi optumè convenire.

Lipsius  
in Doctâ  
Civ.

§. 2. *Reliquam* asserimus; quia illustrior, major & melior portio *rectæ rationis*, per protoplastorum horrèdum & universæ carni exitialem lapsum defluxit: Sed ut exigua, remansit tamen lux quædam, quæ facem quandam recti & pravi, honestorum & turpium discriminis, faciendorumq; & omittendorû, sine revelationis lumine nobis præluceret: nè vel impiis

D. Sve-  
nonius  
Synops  
Theol.  
D. Fris  
edlib.  
med.  
P. 401.

8 & limina Ecclesiæ circumvolitare  
 Rom. 1 negligentibus, sit excusandi potestas,  
 v. 20. Quare & vere λογισμὸς κατηγορῶν καὶ  
 Rom. 2 ἀπολογούμεν. Omnibus inesse ab Apo-  
 v. 15. stolo asseritur, quo refer illud λογικὸν  
 I. Pet. 2 ἄδολον γόλα. Greg. dicit illam rationē  
 Greg. a Deo datam nobis & universis in-  
 Naz. 02 natam primamq; in nobis legem,  
 Nat: 34 omnibus inhaerentem, quā generosæ  
 naturæ castigatæ eximium ad virtutē  
 adferunt adjumentum. Quæ certe si  
 non vigeret, nec existerent ullæ vir-  
 tutes; quarum rectē seminarium &  
 initium celebratur.

§. 3. *Rectæ rationis.* ubi intellectum  
 iri volumus, non ipsam animam ra-  
 tionalem, neq; ipsam intellectum,  
 utpotè, qui errare ac decipi potest.  
 Atq; adeo sæpè errare ac decipi  
 vel in sapientissimo mortalium, nul-  
 lum fuerit dubium unquam. Imò  
 non tantum errans vagatur in spi-  
 ritualibus, sed sæpè numero etiam in  
 civilibus. Sed intelligimus vel i. pri-  
 mævæ ὀρθότητ. seu rectitudinis por-  
 tionem, hoc est ipsum naturæ lumen,  
 & naturale intellectus rectum judi-  
 cium

Horn.  
 L2. Eth  
 C: 2

γρ' τιμο

VVed.  
 L1. C4

cium practicum, quod sensus divini  
 iudicii est, imò Dei tribunal in ani-  
 mis nostris erectum. vel 2. Quicquid  
 in hoc iudicio rectè transigitur, hoc  
 est, quicquid ex hoc lumine, seu præ-  
 cepto infallibili legitimè deducitur  
 & per bonam consequentiam sequi-  
 tur. *Illud* semper est rectum, sem-  
 per errare nescium, cum *lex Dei* sit;  
*Hoc* vero cum rectè & legitimè de-  
 ducitur, à principio tam infallibili,  
 etiam ab errore sic immune neces-  
 sum est. Et hoc dicitur aliàs *rectus*  
*recta ratio.*

§. 4. *Ab ortu omnibus hominibus in-*  
*sita.* Habemus n. animis nostris  
 sanctitatem naturalem a Deo impres-  
 sam, quæ velut in arce animi resi-  
 dens pravi & recti iudicium exercet.  
 Et omnibus natura dedit fundamen-  
 tum semenq; virtutum: omnes ad  
 omnia ista nati sumus. Cum irratator  
 accessit, tum illa animi bona veluti  
 sopita excitantur. Et igniculos de-  
 dit nobis natura sciendi & ingeniis  
 nostris innata sunt semina virtutum,  
 quæ si adolescere liceret, ipsa nos

9  
 VVed.  
 in phil.  
 mor.  
 Li. C. 4.

Rom. 2  
 Amel. 9  
 Quint.  
 L. 12.  
 Horn  
 Eth.

Hieron  
 in Epist  
 ad Des  
 metriad

Seneca.

Cicero  
 L. 3. qua  
 Tule.

10 ad beatam vitam perduceret. Et li-

Lipſius  
Conſt.  
1. c. 5.

cer anima noſtra labe corporis &  
contage ſenſuum graviter corrupta  
& infecta ſit, veſtigia tamen ortus  
ſui altè retinet. Eſt quippè nobis in-

Seneca.  
Ep. 97.  
V Ven-  
delin  
II c. 4

fixa ejus rei averſatio, quam damna-  
vit natura. Et excitati per inſtituti-  
onem & Exercitationem, in illuſtres  
Virtutum flammæ erumpimus. poſ-  
ſidemus *ἐνοίας κοινὰς*, quæ cunctis mor-  
talibus, per inſitæ conſcientiæ dicta-  
men ſunt notæ. A natura n. ſumit ini-  
tium, omnis quam habemus virtutem.  
Plura de his in quæſtionibus invenies.

Quinti-  
lianus  
loc. cit.

Cic pro  
cluent.

§. 5. *Divinitus*: Data enim nobis  
Conſcientia eſt à Diis immortalibus,  
quæ à nobis divelli nunquam poteſt.  
& ſi quid nobis mortalibus inſit im-  
mortale, rectum & bonum, *divinum*  
& à Deo ſit datum, neceſſum eſt. A  
Deo igitur ipſo cordibus noſtris im-  
preſſa eſt hæc conſcientia, in ſolatum  
rectè viventium & amaram crucem  
malè agentium & Deus ipſe per hanc  
ſui imaginem venit ad nos, imò quod  
propius eſt in nos. Quare mens  
ſine Deo nulla bona. A Deo enim

Plato

Lipſius  
de Cõſt  
II. c. 5  
& lib. 2  
sep. 14

habe-



habemus nobis inditum, quod benè  
noverimus vivere.

ii  
Cic. l. 3  
de N. D.

§. 6. *Ut sit bonorum malorumvè fa-  
cinorum Index & iudex.* Objectum,  
finis & officia conscientia, his verbis  
innouuntur: Obj. sunt humanæ acti-  
ones, bonæ & malæ, ad quarum ju-  
dicium, examen & iudicium sedet tan-  
quam Dei vicarius. Index, quia co-  
dex est, in quo cottidiana conscribū-  
tur peccata, & testis non fallax, quem  
celare nemo potest. Quò alluisse  
etiam poëta videtur: *Nocte dieq; tuum  
gestas in pectore testem & hunc si conte-  
mnas o te miserum exclamat Senec.*  
*judicem bonorum & malorum facinorum  
adpellamus,* quia non tantum excusat  
& suaviter absolvit ob benè, sed etiam  
accusat & condemnat ob secus facta.  
*quare seipsum unusquisq; & animum suum  
severum iudiciem, sui ultorem sceleris &  
vendicem criminis habet.* Rectè itaq;  
iudicium partibus omnibus integran-  
tibus perfectum celebratur. fungitur  
quippè conscientia sola (vel homo per  
eam solam) officio rei, actoris, testis,  
*legis ac iudicis. Rei, legis, actoris, & testis  
parti-*

Ansel.  
in Epi  
ad Cos

Juven.  
sat. 13.  
Seneca  
Ep. 43.

Ambr.  
in Epist  
ad cōst

V Ven.  
l. 1. c. 4.

12 partibus fungitur; exerceo indi-  
 cium, quod duplex est: faciendorum  
 & factorum. *Illud* peragitur, quando  
 præcipit nobis prosecutionem ho-  
 nestorum & fugam turpium &c. *Hoc*  
 verò, quando significat factorum no-  
 strorum *conformitatem cum illo præcepto,*  
 vel *diformitatem* ab eodem. Et quan-  
 do aliquid factum vel non factum  
 statuit. Judicis vero, fungitur provin-  
 ciâ, examinando facinora, cogitata,  
 puta, facta & dicta atq; pro qualitate  
 eorum sententiam ferendo vel pro se,  
 ubi svavis et secura obtingit absolu-  
 tio; vel contra se, ubi horrenda &  
 anxia contingit condemnatio. Totus  
 verò hujus *conscientia judicii* processus  
 peragi videtur, *Syllogismo tali practico:*  
*Qui dat operam vitiiis, in conspectu Dei est*  
*abominabilis. Ego vitiiis Do operam, E. in*  
*conspectu Dei sum abominabilis, exosus &*  
*puniendus.* vel sic: Qui locat ope-  
 ram virtutibus, ille superis gra-  
 tus & acceptus est: Ego loco ope-  
 ram virtutibus E. superis gratus &  
 acceptus sum. Jam conscientia re-  
 spectu propositionis, dicitur *lumen &*

R5.2115  
 2. Cor.  
 I: 12.

Sperlin  
 V Ven.  
 in phi-  
 losoph  
 moral.  
 l. 1. c. 4.

*lex*: Respectu assumptionis, dicitur  
*index & liber*: Respectu conclusionis  
 vero, propriè *judex*. *Propositionē* dicitur  
*ovr̄h̄n̄ois*, assumptionis per appropriatio-  
 nem & applicationem vocatur *ovr̄eid̄n̄ois*,  
 dicta sic in specie, conclusio est *ipsa*  
*ovr̄eis̄* seu *sententia*. *Propositio* agit de  
 jure: *Assumptio* de facto; vel statu:  
*Conclusio* verò de relatione exurgen-  
 te de facto ratione juris. *Igitur* rea-  
 tu ut te exolveras & p̄nam feliciter decli-  
 nes, misso vitio semp̄ virtuti danda est  
 opera.

AD

PRÆCEPTUM II.

§. I. Explicatam sic definitionem  
 excipit *devisio*: quæ quidem non est  
 generis in suas species, Cum *conscien-*  
*tia* in se omninò sit unum & simplex  
 quoddam secari nesciens, ut mox pa-  
 tebit. Quarè hujus in *devisio*nis ex-  
 pendendæ limine, notamus confi-  
 derari debere *conscientiam*: Vel in ge-  
 nere *natura*, vel in genere *moris*. In ge-  
 nere *natura* considerata, hanc *devisio-*  
*nis* penitus respuit; quia *scintillula*  
*imaginis divina* est, quam *naturalem*

Lipius  
 loc cit.  
 sup.

Sancti-

Sanctitatem animis impressam a Deo

Hieronymus  
in Ep.  
ad Dem

Hieronymus ait: in genere moris, potest considerari, vel ut *lex seu præceptum faciendorum*, & sic quoq; planè hanc

VVen.  
l. 1. c. 4.  
cit. sup

*divisionem* abnuit, bona quippè tum sempèr, optima non nisi præcipiens. Undè *virtutum principium & virtutum seminarium* eam venerantur eruditi. Vel consideratur ut *index & iudex factorum*.

Cicero  
pro Milone,

Et sic pro actuum moralium varietate variat, qui objectum ejus externum sunt, ut diximus supra. Brevitèr: Amat sic dividi, tantummodò respectu *objectorum & finis*: quod disertè *facundie flumen* his verbis probat: Est conscientie vis magna in utramq; partem: ut neq; timeant qui nihil admiserunt, & poenam sempèr ante oculos verlati putent qui peccaverunt: quare &

Hesiod.

*Hesiodus* altè imprimi animis jubet mortalium: *Vix peccate*.

§. 2. Distant verò inter se *bona & mala Conscientia* immensum quantum; ut nempe virtus ipsa, cujus *filia bona*,

Augu:

& vitium, cujus *mala* est soboles: (a) *Origine*. *Bona conscientia* Deum ipsum

agnos-

agnoscit auctorem, A Deo est & a Deo refertur. unde rectè *Bias*: si quid boni egeris ad Deum refer. Et *humana sapientia vates magnus Seneca*. *B. vir a Deo est, & Nulla sine Deo mens est bona.* Et Philosophus Beatam vitam *θεός δοξὴ καὶ θεόπεμπτον* asserit: Quare ad cyclopes ablegandi, qui Deorum ajunt munus, ut vivamus, sed nostrum ut benè & beatè vivamus nec de virtute Deo gratias esse agendas. Rectè igitur memorabilis celebratur dialogus *Alcibiadis & Socratis apud Platonem*. Soc. nosti ne quo pacto effugere possis animi tui inordinatum motum? Alc. equidem: Soc. quomodo? Alc. si velis: Soc. non rectè ais: Alc. at quomodo dicendum: Soc. si Deus velit & Deus dederit. Non est enim bonū nisi quod dederant Dii immortales. Et *Tullius*: conscientia bona nobis divinitus data est in solatium, nec vel vi a nobis divelli, vel fraude unquam extinguī potest: quæ maxima erit læsæ famæ consolatio. *Mala autem conscientia seu malitia illa moralis conscientia quæ malum culpæ est, non nisi*

15  
Bias apud las  
ert.  
Seneca  
Aristot  
1. 11, c. 9

Cic. 1. 3.  
de N. D.

Plato

Cicero  
pro clu  
ent.



16 à Diabolo originem trahit. Sicut ele-

August

ganter satis docet B. *August.* quandò inquit: Sicut in muscipulâ illecebræ quædam ponuntur, quibus mures alliciuntur, ita Diabolus in suâ muscipulâ duo collocat, errorem & terrorem. Error est peccandi cupiditas, suavitas & jucunditas: *quæ cauteriata conscientia vocatur.* Terror est post peccatum admissû, iræ divinæ exaggeratio, & hæc non est aliud quam *mala conscientia*; quare impurus ille animus, neq; quietibus neq; vigiliis sedari potest. Possè etiam *malam conscientiam* certo respectu à Deo esse cogitabis, qui dicitur impiis illam crucem imponere, in quâ pœnas luant priusquam luant. Sed tum probè discernes *malitiam moralem* à *malâ conscientia*. Hoc est, distingues inter *malam conscientiam*, acceptam pro malitia morali conscientia; seu pro *malo culpa*, cujus Diabolus & depravata hominis natura causa est. Et acceptam pro *malo pœna*. (β) *Subjecto*, bonæ cōscientie non sunt possessores nisi virtutis studiosi & recti amantes. *Mala vero*

1. Tim.  
c. 4.

Dithm.

Sy. Ech.

l. 1. Exc

2 Salust

in bell.

Catell.

Lipsius

l. 2. de

const.

cap. 14.

Explic.

ad. præ

cept.

4.

VITIIS

vitiis indulgentium est. ( $\gamma$ ) *Objeſto.* 17

Nō quidem *materiali* ſed *formali*, verſatur quidem utraq; circa actiones humanas, ſed ingentium discrimine: *Bona*, *approbando*, quare & adprobantem eam vocitamus, excuſando, ſollando, laetis, intrepidis reddendo, convitia & prava hominum judicia ridendo ac ſpernendo. *Mala*, *opprobando*, unde in theſi opprobrians conſcientia nobis dicitur, accuſando, reprehendendo ac Mordendo. Concernunt etiam *hec* utriuſq; Conſcientiæ officia. Plura de his in quaſt. offendis. Hoc tantum non miraberis, diſiſiones cæteras, quæ in Ethicorum ſcholis adſolent frequenſari, quales in rectam, erroneam, probabilem, dubiam & ſcrupuloſam, nos heic præterveſtos eſſe; cum non conveniunt *conſcientia in genere*, ſed *conſcientia tali*, ſtrictè ſic dictæ, tantum pro principio actionis humanæ voluntariæ ſeu ſcientiâ ut ſupra oſtēdi. Hanc verò diſiſionem, etiam ſi adæquata ubiq; non cenſetur, cum *conſcientia objeſtum & finem*, cum pri-

Sperliſſi  
gen iii  
Antrop  
Moj. c. 1

V Vetiſſ  
Horſſ  
Ameli-  
us Horſſ  
neſſ  
& c

18 mis concernit, adlubescerat hac vice dispicere.

AD

PRÆCEPTUM. III.

§. 1. Tam inæstimabilis res est *bona & tranquilla conscientia*, tam pretiosa ac divina, ut videantur sapientes in ambiguo constituti, quo titulo eam venerabuntur. B. August. dum de illa verba faciet, prorupit in hoc laudis: *tranquillitate conscientie nihil in vita mortalium excogitari potest beatius. Seneca illam depicturus, summam beatæ vitæ appellat & ipsam beatam vitam vel ejus inconcussam fiduciam. Cicero, eam magnum in vita munimentum & in morte solatium, maximamq; læsa fama consolationem vocat. Hugo eam agrum benedictionis aulam Dei, hortum deliciarum & aureum declinatorium celebrat.* Nobis vero definitur *rectè factorum h. e. crebrorum & non interruptorum virtutis actuum indubitata & dulcis quædam approbatio.* Debent enim virtutis actus seu exercitia esse non interrupta, & continuata ad vitæ finem,

nem,

August  
de C. D  
L. XXI.

Seneca  
Ep. 44.

Cicero  
pro Mis  
loni. &  
eluent.  
Hugo  
de as  
nim. 1.  
l. 2. c. 9

nem; nam quodcumq; ad actus  
 vitiosos transitur, *bona conscientia* da-  
 imnum infunditur, unde rectè *Tullius*  
*monuisse videtur; Habeat bonus vir*  
*in omni sua vita hoc sibi infixum, nè*  
*transversum unguem à recta conscientia*  
*recedat.* Et *Isidorus*: si vis nunquam  
 esse tristis, bene vive. Sed dices: fru-  
 strà expectas honestarum actionum  
 continuationem in mortalibus, cum  
 perpetuò operari non valeant. Quod  
 enim caret alternâ requie durabile  
 non est, &c. Dist. Inter actionem  
*physicam*, quieti oppositam & *moralem*,  
 quæ à motu & quiete præscindit.  
 in moralibus etiam non agere est a-  
 gere. & actio *moralis* non tam *positivè*,  
 quam *negativè* intelligenda venit.  
 utpotè cum illam actionem negli-  
 gimus, quæ *conscientia* seu legi natu-  
 ræ contravenit, agimus rectè & be-  
 nè *moralitèr*, h. e. exercemus virtu-  
 tem quæ nihil est aliud, quam con-  
 stans propositum vivendi secundum  
*legem conscientia*. Fit ergo *conscientia*  
*bona*, in genere moris, ubi *conformitas*  
 nostrorum facinorum habetur, *secum*

Cicero  
 ad Atti-  
 cum

Isidorus  
 in solt  
 log. l. 2o

objecto

Respon-

20 ipsa, ut praecepto. seu lege, cum sederit  
ad iudicium & iudicium eorum; tum,  
approbat, excusat & solatur. &c.

Bias  
apud  
Stob.

§. 2. Indubitata & dulcis est: quia  
omni metu & dubio vacua est & maxi-  
mum solatium famæ læsæ. undè sci-  
tè poëtæ: *Conscia mens recti fama men-  
dacia ridet. Hic murus abeneus*

Ovid. l.  
4. fast.  
Horat.  
l. 1. ad  
mece.

*Nil conscice sibi, nullâ pallefcere culpâ.*

§. 3. Trauquillans & lætificans ani-  
mum: quia ipsam animi tranquilli-  
tatem & cordis lætiam includit. ita,  
ut sub nomine bonæ conscientie com-  
prehendatur. tota beata vita civilis,  
quæ à virtute & virtutis actione seu  
*rectâ vitâ* fluit, quæ quotidianum  
convivium censetur.

prov.  
15.

AD

## PRÆCEPTUM. IV.

§. 1. Rem inæstimabilem, bonam  
diximus conscientiam ac divinam adeo,  
ut non nisi in divinum, purum &  
recti amantem perveniat animum:  
quare solus virtutem didicit is æsti-  
mare & illi solus devotus esse, qui  
*illam* non perdit. Facile E. colliges,  
*mala*

Seneca  
Ep. 82.



*Mala Conscientia* quid erit? *contraria* 21  
*duo juxta se posita illucescunt magis.* Res  
nempè horrenda adeo, & fœva: ut  
poetæ eam depicturi ejusq; cruci-  
atus, inferos, nescio quos phlegeton-  
tes, cerberos, furias introducant.

*Tacitus* flagrum eam appellat. *Lipsius* carnificem animi, tortorem animi,  
assiduum carnificem. *Seneca* sceleris  
in scelere supplicium. *D. Joh. Arndz.*  
infernum ipsum. *S. greg. Naz.* formi-  
dabile tribunal. *Nobis male factorum*  
*dicitur obprobatio*; quia, quando sede-  
rit conscientia ad malè factorum  
indicium & judicium exprobrat, ob-  
jicit vel opprobrat Reo & convicto  
malitiam suam moralem. hoc est,  
actionum suarum difformitatem &  
aberrationem à lege seu præcepto  
suo: quæ malitia, cum longâ actuum  
serie animum circumvallarit & cir-  
cumfuderit, fiunt in homine isto o-  
mnia mala, omnia impura. Sicut  
enim omnia assunt bona, quem pe-  
nes virtus: sic è contrario omnia  
assunt mala, quem penes vitium.  
Quæ mala cum ruminat ipsa consci-

Tacit.  
14. Ana  
nal.  
Lipsius  
Seneca.  
Joh.  
Arndz.  
Greg:  
Naz.

Plau-  
tus in  
Amph.



22 *entia, & examinat fit etiam ipsa mala  
& irata semperq; vitioso animo op-  
probrat malè facta. Quare & mala  
facinora dicuntur conscientia flagel-  
lari & plurimum illi tormentorum  
esse, eò quod perpetua, illam solli-  
citus urget & verberat surdo ver-  
bere quod sponsoribus securitatis  
sua non potest credere. Accusatos  
igitur & examinatos horribili ju-  
dicio ferit, non numerans suffragia  
sed unâ sententiâ vincit.*

*§. 2. Mordens, lancinans & horrendis  
ictibus animum quem habitat cadens:  
quia coarguit ipsum animum conscien-  
tia & ostendit sibi illum, flagellat eum  
& irrequietat, ut nunquam sit se-  
curus. Contingere quidem potest  
nocenti, ut lateat, sed latendi fides  
nunquam. Igitur peccanti non præ-  
dest latere, quia etiamsi facultatem  
latendi habeat, fiduciam non habet.  
possunt equidem scelera esse tuta sed  
nunquam secura: si vel fortuna illa  
suis muneribus exornet vel tueatur  
ac vindicet impunita non sunt, quo-  
niam in sceleribus habent scelera  
sua*

Seneca.  
Ep. 97.

Epicur.  
apud  
Seneca,  
lot. cis  
rato.

sua supplicia. Et si vel legem ac ju-  
 dicem atq; supplicia scripta effugi-  
 ant, gravia tamen illa naturalia in  
 conscientia luent. Quare Seneca:  
*malè de nobis erat quod multa scelera legē,  
 judicem & scripta supplicia effugiunt, ni-  
 si illa naturalia & gravia de presentibus  
 solverent.* Multos quidem fortunā  
 pœnā liberat sed metu neminem.  
 Terrent eos strepitus volantis folii.  
 & fugiunt nemine prosequente. *Bo-  
 na conscientia* turbam advocat, mala  
 etiam in solitudine anxia & solli-  
 cita est. E. si honesta sunt quæ facis,  
 omnes sciant: si turpia, quid refert  
 neminem scire, cum Tu scias? O te  
 miserum! nunquam securus! Diis  
 hominibusq; infestus. Frequenter  
 enim carnifice occulto, in autorem  
 sceleris conscientia tormenta desæ-  
 viunt & latentem rem secreta men-  
 tis pœnā persequitur, nec ullus post  
 culpam impunitati locus cum reatus  
 ipse supplicium sit. Undè Juvenalis

Seneca,  
loc. cit.

Levit.  
26, 76.

salust.  
Pelago  
En. lib.  
ad des-  
metri,

*Cur tamen hos Tu  
 Evasisse putes, quos divi conscia facti  
 Mēs habet attonitos? & surdo verberare cœdit*

juven.  
Satyr.

13.

24. *Occultum quatiēte animo tortore flagellū  
Pena autem vehemens, ac multo seuior illis,  
Quis est Cæditus gravis invenit aut Ra-  
damanthus*

*Noctē dieq; suam, gestare in pectore testem.*

§. 3. Sicut itaq; diximus *bonam con-*  
*scientiam*, beatam vitam civilem inclu-  
dere ita vi contrariorum sequitur in-  
cludere *malam conscientiam* miseram  
vitam; inter omnes quippè humanæ  
animæ tribulationes, nulla est maior  
tribulatio, quam *conscientia delictorum*.

August  
in Psal.

45.

Et nullus excogitari major potest  
dolor, quam is, qui peccati vel vitii  
mucrone *conscientiam* vulnerat. Neq;  
ullum gravius est onus quam mala  
& sauciata conscientia, peccatorum  
sarcina & flagitiorum pondus. De-  
primit miseram animam, curvat usq;  
terram nè se erigere possit. Per  
vulturem jecur immortale lancinan-  
tem; fabulis notum, non intelligi  
aliud, quam tormenta *mala conscien-*  
*tia* obnoxia flagitio, viscera interi-  
ora rimantis & ipsa vitalia indefessâ  
admissi sceleris admonitione lanien-  
tis, semper curas, si requiescere pra-  
vus animus tentarit excitantis, tan-

Ambr  
Ep. 18.

Macr.  
l. 1. in  
somm.  
scrip.  
c. 10.

quam febris renascentibus inhæren-  
do; nec ulla sibi miseratione parcen-  
tis; lege hæc, quâ se iudice nemo  
nocens absolvitur, nec de se suam  
potest vitare sententiam: tam inelu-  
ctabilis est servitus. Unde Seneca:  
prima & maxima peccantium est pœ-  
na, peccasse. Hoc quippè unicum  
est, quod *conscientiam* reddit tam *mâ-*  
*lam* ac tam mordentem.

Seneca  
Ep. 97.

§. 4. Adde; quod ut *Bona* est *tran-*  
*quilla conscientia*, est vel *ἀπλῶς*, omni-  
modè & perfectè talis, quæ videli-  
cet exercitia virtutum non interrup-  
pta, sed continuè protracta, usq; dum  
concessus spiritus repetitur, prære-  
quirit; vel *κατὰ*, quodammodò &  
imperfectè talis. Ita & *mala conscientia*,  
potest esse, totalitèr, perfectè,  
(si sic licet loqui) extremè mala &  
insanabilis, quæ vitiolorum actuum  
continuationem aë mortis usq; ho-  
ram præsupponit; ad quam spectat  
illud: *possunt fortune incommoda sarciri,*  
*sed conscientia morsus nunquam sanari.*  
vel *μερικῶς*, seu partialitèr mala &  
sanabilis, quæ etiam, piis & virtu-

26 tum aliàs amantibus, in hoc lacry-  
marum pelago & imperfectionis res-  
rū scenâ interdum obtingere potest,  
Hec sanari potest, cum vitio non  
concesseris diversorium, Sed vir-  
tutis exercitia fidelis urseris. Adisis  
Quæst. Tantum ad præcepta.

## QUÆSTIONES.

I

*An detur Conscientia & an illa  
omnibus hominibus à Nativitate &  
deinceps semper insit? Aff.*

Præter indubiam sacrarum litera-  
rum authoritatem, Gentes adstru-  
entem detinere veritatem in inju-  
stitiâ. Gentes naturâ facere quæ  
legis sunt, & sibi ipsis lex esse. & o-  
stendere opus legis scriptum in cor-  
dibus suis attestante conscientia Τὸ γινώ-  
σκοντες ἅ τὰ ἰσχυρὰ ἐν αὐτοῖς. hoc est, ma-  
nifestum est non inter illos, sed in  
illis, quæ duo loquendi genera dili-  
gentèr sunt distinguenda: Nam prius  
notitiam experimentalem sive acqui-  
sitam; posterius naturalem sive in-  
natam insinuat. Quæ omnia sacro  
quo-

Rom. 1.

Rom. 2.

Ditth.

marf.

proles

gom.

polltic.



quodam concentu scintillulam aliquam imaginis divinæ sivè pristinæ ὀρθότητος, in animis hominum remansisse convincunt. consentiunt etiam tam qui divini juris profitentur pandectas, utpotè Hieronymus: *Qui conscientiam naturalem quandam sanctitatem pravi & aequi iudicium exexcentem & in arce animi residentem* &c. appellat. Greg. Naz. *primam in nobis legem universis innatam* &c. Quam humanæ sapientiæ sacerdotes, ratione & experientiâ victi. quos heic omnes resensere series nimis longa foret. Etsi enim animus noster sit corruptus, retinet tamen ortus sui alitè vestigia quædam, in se clarè scintillantes reliquias primi illius puri& ignis, virtutum & bonorum morum omnis& externæ disciplinæ generationes. Et hinc illis in projectis idiotis& hominibus conscientia stimuli. Hinc flagella interna & morsus. Premi quidem sanior illa sanctior& pars potest, sed non opprimi, tegi potest urens illa flamma sed nunquam extinguui, emicant semper subsiliunt&

Hieronymus.  
loc. sup.  
cit.

Greg.  
Naz. l.  
sup. cit.

Idem.  
Dith.  
morsus  
loc. cit.

illi



28  
Lipſius  
in doct  
ſiv. c. 5.  
1 1.

illi igniculi, qui in his tenebris illuſtrant, in his ſordibus depurgant, in his ambagibus dirigunt & ad virtutem ducunt. Data eſt nobis *conſcientia* à Deo immortalis & nunquam à nobis divelli poteſt fraude vel vi extingui. Evincit idem ratio: quia mentis humanæ divinitas eſſet nulla, niſi à naturâ lucem haberet inſitam, quâ ſimul atq; per corporis impedimenta explicare ſe poteſt, rationari poſſet & per ſe abſq; inſtitutione aut revelatione externâ, practica quædam principia, qualia Deum eſſe colendum, honeſtè eſſe vivendū, unicuiq; quod ſuum eſſe tribuendum, parentes eſſe honorandos, &c. intra ſe formare eorumq; veritatem cognoſcere. Requirit inſuper hanc naturæ faciem imago Dei, ad quam condita eſt hominis anima, quæ ante lapſum integra fuit & in infantibus quoq; ſi abſq; lapſu fuiſſent, integra fuiſſet manſura & per ætatis incrementa demum ſe explicitura. Fate- mur equidem admodum afflicta eſſe hanc conſcientiæ lucernam, ſed

non

non penitus deletam: quod nisi humana des menti, infra brutæ animæ sortem eam depresseris, Cui à natura quàm solertiam quandam cernis impressam, quàm absq; institutione opera quædam molitur mirabilia. Exemplum vides in aviculis cantillantibus, nidificantibus, pullos excludentibus, alentibus, singulares escas diligentibus molientibusq; etiam volatum, quamvis ob membra tenella & ruditatem pennarum volare nequeant &c. Unde rectè ait Sperlingen. *Neminem invenies qui conscientiam careat. Bonos bona beatos in rerum penuriam, Malos mala miseros in rerum copia reddit, pessimi quiq; conscientia stimulis tanguntur & anguntur.* Etiam in mundum ferunt cognitionem bruta, suam plantæ, & solus homo tanto careret bono & dono? Sed dices: cadit hæc ratio in Autoritas Aristotelis & eum sequentium peripateticorum opinio. quæ Animam a primâ origine sua instar tabulæ rasæ, cui nil inscriptum sed inscribi omnia possunt, asserit &c. Dogma hoc Arist: videtur instabili inniti ful-

Sperlin  
in anth  
pot. ma  
l. 1. c. 3.  
& inst.  
ph. 1.9.  
c. 2.

Object.  
Aristot  
l. 3. de  
An. c. 4

Resps

30 **ero.** quare ei sic reclamari potest: cui  
**Rom. 2.** lex Dei est inscripta, illud non est ratū  
 quid, cui nihil est inscriptum, sed ani-  
 mo humano lex Dei inscripta est, E.  
 non est ratum quid cui nihil est in-  
 scriptum. Major extra controversiam  
 est, non est enim ratum cui aliquid  
 inscriptum est. Minor scripturæ &  
 naturæ est. Adde etiam; quod ita  
**Rom. 1.** inscriptum est, ut Gentes reddat in-  
 excusabiles, id ab ipsa etiam nati-  
 vitate inscriptum est, quia quod post  
 natiuitatem obtineri per adquisitio-  
 nem debet, potest modis infinitis im-  
 pediri, unde excusationes infinitæ,  
*sed conscientia lex* ita inscripta est. E.  
 vel propterea est & *inest conscientia*  
*semper*, quia portiuncula est imaginis  
 diuinæ quæ non potest nostris studiis  
 acquiri. Totum, nempe imago D.  
 erat concreatum, E. & reliquæ con-  
 natæ. Interim damus, intellectum  
 certo respectu posse dici instar ratiæ  
 tabulæ, videlicet ratione habituum,  
 sensuum ministerio acquirendorum,  
**VVen.** & ratione specierum, ex phantasmati-  
**in phia** bus Formandarum & intellectui in-  
**mor. 1.** pri-  
**1. 6. 19.**

primendarum. Sed non ratione igni-  
 culorum seu legū innata, quæ cognitis  
 tantum terminis simplicibus axioma-  
 ta Format, simul atq; objecta obfe-  
 runtur & alia corporis impedimenta  
 removentur, ijsq; assentitur absq;  
 ullâ præeunte demonstratione & in-  
 stitutione. Quamvis assensus tantò sit  
 promptior, quanto crebrior est co-  
 gitatio de terminorum compositio-  
 ne & connexionis necessitate. Pro-  
 clivitatem itaq; & propensionem as-  
 sentiendi principiis, natura omninò  
 nobis dedit, sed promptitudinem usu  
 & exercitatione etiam haberi non  
 imus inficias; quem promptitudi-  
 nem, habitum aliàs primorum prin-  
 cipiorum salutamus, qui cum fuerit  
 theoreticorum dicitur *συνησις*; practi-  
 corum verò *συνησις*. Teneri etiam  
 hic potest discrimen, inter ipsam con-  
 scientiam seu naturæ lumen, & illud quod  
 ex eo per bonam & legitimam consequen-  
 tiam deducitur, illud à natiuitate &  
 deinceps sempèr, Hoc non adest ante  
 usum rationis. Dicis E. 2. Iniqui &  
 Athei homines, qui dicunt in corde  
 suo,

Obje-  
 ctio

suo, Deum non esse, ideo non colen-  
 dum, virtutem non esse, ideo non  
 sectandam: Qui *conscientiam* habe-  
 bunt? nonne, si vel habuerint, eam  
 deleverint? Respondebit tibi vel 1.  
 Augustinus: *lex Dei cordibus omnium  
 inscripta est. quam nes delet quidem ulli  
 iniquitas.* in quâ ἀλήθεια incipit deti-  
 nent malitiosè. 2. R. Distinguendo  
 inter *puram negationem* & *ignorantiam*,  
 quæ in nullo unquam homine datur,  
 quod vel Cic. ad experientiam pro-  
 vocans probat: *Quæ est Gens aut quod  
 Genus hominum, quod non habeat sine  
 doctrinâ anticipationem quandam Deorum?*  
 Et inter *pravam dispositionem*, & *con-  
 scientiæ contemptum*, quæ nimis  
 proli frequentia sunt! Hodie quia  
 sic vivitur, ut *famam multi sed conscien-  
 tiam pauci vereantur*, nescire volentes  
 an & quid sit, & licet illius carnifici-  
 næ stimulos subindè sentiant, eos ta-  
 men surdis auribus præterire conan-  
 tur. Quare miseros istos, in *consci-  
 entiam* qui cum contemptu grassantur  
 nunciat orbi *Seneca*. R. 3. Quæ ne-  
 gant, non negant ignorantiam sed ma-  
 litiâ;

Resp.  
 August  
 l. 2. cōs  
 fess. c.  
 14.

Gyllen  
 stolp.  
 Cicero.  
 l. 1. de  
 N. D.

Seneca.  
 Ep. 43.



litiâ; verbis & factis negant quæ con-  
scientiæ testimonio adacti agnoscere  
& fateri coguntur.

33  
Friede-  
liebhus

II.

*Sufficitne E. Naturale illud con-  
scientiæ iudicium in rebus civilibus  
adjudicandis. Neg.*

Debet enim doctrinâ & insigni  
experientiâ juvari & firmari. Princi-  
pia quidem natura nobis monstrat,  
quæ certa omnino & infallibilia sunt.

Loccæ-  
nius in  
prologo  
ad Syrio  
sur.

Sed Regulæ seu conclusiones sine do-  
ctrinâ, ex hisce fontibus exactæ &

ubiq; salutare difficultè ducuntur.  
Quarè & philosophus dicere solitus:  
"Ἡ μὲν ὄρασις ἀπὸ τοῦ περιέχοντος ἀεὶ  
λαμβάνει τὸ φῶς, ἡ δὲ ψυχὴ ἀπὸ τῶν  
μαθημάτων. Hoc est, aspectus à cir-

Apud  
Diogē-  
jaert. in  
Arist.

cumfuso aëre lumen accipit, mens

verò à doctrinis. Dicunt, fateor,

Phillip-  
Melae-  
nct. in  
orat.  
de LB.

quidè in dubiis & perplexis rebus

*conscientiæ legem esse sequendam.* Fa-

cile dicitur. Sed non parum diffi-

cultatis est, ut sapientè & decentè

efficiatur. Multi enim juris & æqui

param periti, aut improbi, dum se

putant



34 putant aut videri volunt *sequi consci-*  
entia legem, sequuntur sui cerebri sen-  
sum & corruptos mores- queruntur  
Heige-  
rus 1<sup>o</sup>  
ctus in  
part. 1.  
9. 37. eruditi, plures æquitate cerebrinâ,  
quàm secundum leges gestire judi-  
care, nescientes quam æquitatem si-  
bi imaginantur, dum non volunt vi-  
deri incapaces subtilitatum, magno  
supercilio nova & erudita damnant;  
Loccē  
in L.  
eic. vetera & vulgaria, licet interdum  
falsissima retinent. Tantò itaq; ma-  
jora indoctis laudis palmaria præ-  
ripiuntur, quantò judicium naturale  
doctrinâ & experienciâ instructum, sit  
illustrius ac in judicando promptius.  
Rectè itaq; consultiss. Kempen,  
Kēz  
pen.  
Ethic.  
cap. 3.  
Horn.  
V Ven. dum ait, seminarium, rudimentum  
& inclinatio ad virtutem, (puta,  
tam intellectuali, qualis est etiam  
prudentia, judiciaria, legislativa &  
deliberativa, & in iudice cum primis  
requiritur quam moralem) hominî  
inest ab ipsâ Nativitate: complemen-  
tum verò & perfectum habitum do-  
ctrinâ, exercitio & actionum frequen-  
tatione parari, vel experientia pro-  
bat.

*Annon igitur conscientia fallere  
ac falli possit in civilibus?*

R. Distinguendum est, inter ipsam  
conscientiam, seu ipsum naturæ lumen,  
& quod inde deducitur rectè, legitimè &  
per bonam consequentiam sequitur,  
quod aliàs rectam rationem so-  
lemus adpellitare. Neutrum ho-  
rum fallit vel fallitur. Unde Nicet.  
quamvis alios sefellerimus, conscientie  
tamen nostræ nunquam imposturam  
facere poterimus. Implicaret etiam  
evidentè, ex veris principijs aliquid  
rectè deduci & tamen falsum esse?  
Veritati aliquid omninò congruere  
& rectè asseri, nec tamen verum ef-  
se? Certè, si hoc veri vicè nō obtine-  
ret, nulla nos in civilibus certitudo  
maneret, perpetuo cœlo oberrare  
necessum haberemus. Absit. Si ho-  
nestè sit vivendum, utiq; non licet adulte-  
rij squaloribus immergi. si nemo sit la-  
dendus, & si sit suum cuiq; tribuendum  
utiq; non licet occidere, utiq; non licet in-  
nocentem damnare & reum absolvere &c.  
Hæc & ejusmodi conscientiaæ propo-  
sitiones & conclusiones non possunt

Nicet.  
comm.  
in Greg.  
Naz.  
or. 40<sup>a</sup>

36 Fallere vel falli. Non *istæ*, quia principia sunt, per se & naturâ manifesta, quæ sine præceptore, institutione ac demonstratione cognoscuntur. Hæ verò, præcepta a principijs nescientibus fallere per inductionem deducta. Ast, intellectus & ratio nostra, malè cum ex principijs ratiocinatur, & vitiosa illa collectio indè eruta quin fallat & fallatur, quis dubitet? Sed objicis hic fortè: cum sit *conscientia* illa fallere ac falli nescia, qui sit, quod eam erroneam humanæ sapientiæ consulti admittunt. Respond. Dicitur tum erronea, cum rectè ex principijs non deducitur & non notat tum ipsam conscientiæ legem, sed quod perperam ex ea deducitur. Nec tum propriè conscientia est, sed scientia quædam errans, ad nostrum non pertinens institutum.

IV.

*An conscientia sit potius considerationis physicæ quam Ethicæ?*

Resp. Physicus rimatur *conscientiam* humanam scientificè, Eamq; sub  
Cogni-

*Cognitione theoreticâ & accuratiore cognoscit*, quatenus saltè sui & suorum ob-  
jectorum contemplationem admit-  
tit, in quâ nuda contemplatione ac-  
quiescit. Ethicus *eam* considerat ra-  
tione practicâ & minus accuratâ, ut  
videlicet seminarium quoddam &  
principium virtutum, ut iudicem &  
normam nostrarum actionum mo-  
ralium, quomodo & quibus medijs  
*conscientia bona & tranquilla* possit ac-  
quiri ac possideri, *mala* verò & mor-  
dens evitari. Et quæ sunt plura, quæ  
tam ex antecedentibus, quam con-  
sequentibus cognosci possunt. Re-  
linquitur Ergo, quod utriq; *physico &*  
*Ethico ejus* concessa sit consideratio  
& cognitio, *illi* theoretica, *huic* practi-  
ca, quæ solummodò practicum in-  
tendit finem, qui suo modo vel alius  
non creditur, quam ut *ipsa* sit *bona &*  
*tranquilla*. Quam bēatam vitam cen-  
sent etiam orbis eruditi cives.

## V.

*An conscientia competat brutis?*

R. Videtur dubitandi offerri ra-  
tio, cum cernimus bruta, haud ali-

tèr quam homines, mutuam adpe-  
tere conjunctionem, specierum pro-  
pagationem, pullorum nutritionem,  
defensionem & dilectionem. cer-  
nimus vicissim, ferri pullos in paren-  
tum amorem. &c. Unde adparet pos-  
se astrui, innatam esse etiam brutis  
quandam conscientiaè legem & prin-  
cipia quædam practica. Ast Resp.  
ad quæstionem negando. Faciunt  
n. bruta recensita hæc & hujusmo-  
di alia, vel solo instinctu & inclina-  
tione naturali, vel appetitu animali.  
Non vero innatâ aliquâ conscientia  
seu lege. Lata est ac nimis lata, illa  
*natura legis* definitio: quâ esse dici-  
tur; *quam Natura omnia animalia docuit.*  
Cum *conscientia seu lex natura*, sit illa  
exigua portio ab imagine divinâ re-  
lictâ quam ad creaturarum nul-  
la hominem præter condita fuit.

Quæ digito Dei cordibus homi-  
num tantum est impressa, Numen  
aliquod esse idq; colendum, bona &  
honestâ esse prosequenda, mala ve-  
rò & turpia averfanda sedula mo-  
pens; defendens & accuans quædam  
ratio

Locce-  
nius in  
excer.  
Jur.  
Disp. 1.

Ulpia-  
nus &  
Justi-  
nianus

Rom. 2



*ratio &c.* Sed si umbram quandam  
 hujus *conscientia legis*, in brutis inve-  
 neris, ex nobiliori phantasiæ gradu,  
 umbram sanè & ἀναλογίαν censebis.  
 Simile quippè non idem. Sed dices  
 heic: quod notitiam antegressam in  
 brutis applicat, quid nisi *conscientia*  
 quædam erit? & non est *conscientia*,  
 sed memoria sensitiva. Dices ulterius:  
 Prudentia brutis quibusdam tribui-  
 tur, & prudentia sicut virtutes reli-  
 quæ, *conscientia legi* originem debet,  
 E. & ipsa *conscientia* ipsis tribuenda  
 venit. & Laborat illatio falsâ ὑποθή-  
 σει. Prudentia quæ a lege innatâ re-  
 sultat quodammodo, est habitus cum  
 rectâ ratione activus, Et dicitur a  
 aliàs prudentia rationalis & propriè  
 prudentia, quâ bruta omnia destituta  
 sunt. Sed si sermo fuerit de pru-  
 dentiâ animali & naturali, alia est ra-  
 tio, hæc possunt ipsis tribui cum  
 propriè prudentiæ non sunt. Idem  
 judicabis de notitiâ & appetitu.

39  
Cic. de  
orat. l. 2

object:

Resp.  
object.

Sperlin  
inst.  
phys.  
l. 1. c. 6.  
Resp.

VI.

*An conscientia Lex sit apud omnes homines Eadem?*



17. *Conscientia præcepta sunt duplicia:*  
 Alia enim sunt Communia illa & in-  
 demonstrabilia *principia practica:* De-  
 um esse colendum honestè esse vi-  
 vendum, neminem lædendum, uni-  
 cuiq; suum tribuendum, quod tibi  
 non vis fieri, alteri nè feceris, & quæ  
 sunt plura, quæ sæpius enumeravi-  
 mus supra. *Alia sunt Conclusiones*  
*ex principiis illis deductæ,* ut non  
 esse occidendum, neminem esse de-  
 fraudandum, non esse dicendum,  
 falsum testimonium; quod mutuo ac-  
 cepisti, eadem bonitate reddes. Quam  
 quam singulæ non æquè promptè &  
 facilè ex principiis illis maximè com-  
 munibus deducuntur, quia quædam  
 sūt illis propinquiores, ut adlatæ, præ-  
 ter ultimam; quædam videntur non  
 nihil remotiores; ut ultima hic adla-  
 ta. V. G. conscientiæ legis est, ut pe-  
 cuniam, quam mutuo acceperis red-  
 das eadem bonitate, tam intrinsecâ  
 quam extrinsecâ quâ accepisti, quan-  
 quam sufficere tibi sola extrinse-  
 ca bonitas videatur; reverâ tamen  
 non sufficit, defraudatur enim pro-

XIMUS

Horne-  
 jus in  
 Doctr.  
 Civ. de  
 pru-  
 dent le-  
 gislat.  
 lib. 4.  
 c. 3.

ximus, si utraq; bonitate non reddatur. Hæc & tales conclusiones difficilius deducuntur cum oriuntur ex principiis illis non nihil remotæ. Concludimus itaq; nos, *legem Conscientiæ* eandem esse apud omnes homines; sicut enim natura est una omnium, ita etiam quod natura dicitur, si illa maxime communia nempe *præcepta spectes*. Unde illud Cæii, quod naturalis ratio inter homines constituit, id apud omnes peraq; custoditur. Etiam si apud gentes non nullas approbentur, quæ disertè cum *Conscientiâ* pugnant, non est propterea alia atq; alia *conscientiæ lex*, fit enim id tantum propter pravam consuetudinem & depravatos affectus, ut testatur Plutarchus in Lycurg: de Lacedæmonijs & Locrensibus. &c. *Sed conclusiones* variare, quum variè ex hoc lumine deducuntur non inficiamur vel experienciâ docti. Alius enim populus aliter Deum cognoscit & colit, ubi alius populus, alij mores, alia plebs, alia lex, & novus Rex, nova lex. Quæ conclusiones, quam

Cajus  
 ietus

Plutarchus in  
 Lucuro  
 go: xca  
 Friede  
 lieb. in  
 Medulo  
 th. de  
 N. L. 2  
 28

42  
Hors  
neius,  
Eth.  
l. 4. c.  
3. d.  
prud.  
legis.  
lat.

primum tantum occurrit ratio probabilis, limites exceduntur naturæ legis, incipiunt esse lex humana.

VII.

*Quodnam est objectum conscientie legis?*

Et Indigitavimus suprâ quodammodo; nempe actiones non hominis sed humanas. Quoad sc. præcepta affirmantia, actiones omnium virtutum, quoad negantia, omnes actiones virtuti contrarias, illas imperat, has prohibet. *Dico autem actiones omnium virtutum, non omnes actiones virtutum, quarum quædam etiam liberè & sine obligatione suscipiuntur.* Exemplo sint, quæ secundum virtutem heroicam fiunt. Et si enim illis nil pulcrius vel præclarior, nemo tamen ad ea omninò obligatur.

Hors  
neius,

VIII.

*Quenam sunt Conscientie præcipua munera?*

Et Duo sunt primaria & principalia ad quæ cætera possunt reduci, *indicare*

*dicere* uidelicet & *iudicare*. Quorum  
 rationem cum expendimus supra mi-  
 nus laxo heic spaciabimur calamo.  
 Specialia vero secundaria & subordi-  
 nata superioribus, sunt varia & pluri-  
 ma, nobis tantum paucis memoran-  
 da: *quadam* spectantur circa facien-  
 da & omittenda junctim: ut *discerne-  
 re* quid honestum quidve turpe: nam  
 sicut almus rerum conditor, decem  
 leges duarum tabularum, digito suo  
 scripsit fidei; suo Amanuensi Moisi  
 tradidit tanquam regulam vitæ, uni-  
 verso populo futuram: ita in prima  
 statim creatione easdem leges cordi  
 hominis suo modo *in*sculpsit, ut qui-  
 libet discrimen honestorum & turpi-  
 um sciat naturâ. *Quadam* verò tan-  
 rum circa facienda i. e. bona & hone-  
 sta: Utpote 1. *instigare*, hominem  
 nempe ad virtutis studium, undè &  
 principium virtutis, & ingenuorum  
 morum seminarium & Rectæ vitæ  
 scaturigo, literatiore a populo prædi-  
 catur. 2. *obligare* & *obstringere* u-  
 num quemq; ad sui observantiam &  
 obedientiam. 3. *imperare*, ubi

Doct.  
 Bald  
 vinus  
 l. l. c. 3.  
 de cas  
 sibus  
 cons  
 scient.

VVens  
 in ph.  
 mor. l.  
 l. c. 4.

non.

non nulla observatu digna obveniunt, Nempe (*α*) Quot modis imperat quicquam, (*β*) Quibus aliquid imperat. Modus imperandi variat: vel enim imperat *conscientia* quicquam ut factu necessarium, quodq; in nostro arbitrio non est omnino positum omittere: Aut ut non necessarium sed quod tamen fieri, quam non fieri melius est: prius est præcipere proprie, posterius consulere seu suadere. ii autem, quibus aliquid imperat, in duplici etiam sunt differentiâ: vel enim suo remigio rem gerunt, vel id quod agunt ex mandato superioris faciunt. Quod itaq; simpliciter imperat & præcipit *conscientia*, illud faciendum omnino est, si tuo arbitrio rem agas, siq; saltem mandatum superioris ita exequi decet, ne quid contra illam fiat. Sic E. G. Pauperibus & fortunæ procellis fractis subsidere ubi opus est, *conscientia* jubet, quare faciendum id omnino est, si præcipue de tuis rebus disponas, quod si alterius negotium est, cui præes, reliquum est sic te geras, ne cui noceas

Horne-  
ius in  
Doct.  
civil. l.  
3. c. 4.  
de prins  
cip. a.  
stione  
lum,



ceas vel præjudices. At, iusta alias superioris cum aguntur, probè distinguendum est, inter *personas* quibus aliquid demandatur Et res quæ demandantur, *istis* vel defertur iudicium & cognitio causæ, vel pura executio. *Hæc*, si errorem involvant, *conscientiam* sauciantem, committendæ non sunt. Hic propriæ *conscientiæ* mandato magis obediendum est, quam hominis alterius. 4. *Dirigere* in bonum finem, uode correctorem affectuum & animi pedagogum appellat *Eam Origenes*. *Quadam* circa omittenda i. e. Mala, turpia ut: 1. *retrahere*. 2. *vetare* & prohibere; quod agit etiam dupliciter. Vel enim vetat aliquid tanquam necessariò omittendum & fugiendum vel ut ideo omittendum & fugiendum, quia omittere illud quam facere melius est. *Illud* est vetare simpliciter, hoc dissuadere. *Quadam* verò circa facta & omissa, utpotè, *notare* & *testificari*: Hinc dicitur factorum notarius, hinc mille dicitur testes, testis interior, testis certissimus

Origenes  
nesci

46 mus. Unus quisq; igitur non inter-  
mittat opus probabile, siue à pluribus  
videatur, siue sine arbitro sit, abun-  
dat enim sibi locuples testis *conscien-*  
*tia*: Fugiat etiam mala & opprobria,  
etiam si se credat non posse convinci,  
nam etsi clausis parietibus sit cooper-  
tus tenebris, sine teste, sine conscio,  
habet tamen facti arbitrum, quem ni-  
hil fallit, ad què facta omnia clamant.  
Plura de his dedimus in explicatio-  
nibus.

Ambr.  
in Epis-  
tola ad  
constat

Explic:

## IX.

*Undenam Erit, illa bona & ma-  
la conscientia?*

Explic.  
nostra  
ad prae-  
cep, se-  
aundū.

Etiam illam supra expendimus  
rationem, nempe cum sederit *conscien-*  
*tia* in scientiæ applicatione ad nostra  
facta, ea ruminans & examinans ac  
judicans vel pro se, ubi invenerit eo-  
rum secū conformitatem, tum bona  
& tranquilla: vel contra se, ubi eo-  
rum difformitatem, tum mala anxia  
& mordens exurgit. Habet Et hic  
sua officia, nempe circa bona facta:  
*Laudare, tranquillare, solari & contra*  
*omnium*

omnium pravōrum insultus & adver-  
 sitatum tempestates lætos & intrep-  
 dos reddere, antecedente tali λογισ-  
 μῶ: Qui imperia *Conscientiæ* exequi-  
 tur, (quænam illa sunt, quæ *conscien-  
 tia* præcipuè mandat, dixi sæpius su-  
 pra, nempe imperat honestè vivere,  
 neminè lædere, suum cuiq; tribuere,  
 &c) ille rectè vivit & virtuti est de-  
 votus. Ego hodiè, hâc septimanâ,  
 hoc mensè, hoc transacto anno &c.  
 imperia *conscientiæ* executus sum; E.  
 rectè vixi, E. virtuti sum devotus E.  
 nihil mihi conscius. Hunc deinde  
 syllogismum, sequitur tanta tran-  
 quillitas, tanta lætitia, tanta securitas  
*ac vita tam beata, ut beatius in civilibus ni-  
 hil possit excogitari.* Mantuanus quærit:  
*Cur tibi tam levis est cur tam jucunda se-  
 nectus? Respondet: Libera quod vitÿs  
 tota juventa fuit.* Hæc optimus ho-  
 minis thesaurus, hæc jure convivium;  
 Clariss. exclamat Sperlingen. Undè  
 & Seneca pulchrè admodum; is solus  
 virtuti videtur esse devotus, qui po-  
 tius boni viri famam perdit, quam  
 bonam perdidit *conscientiam*, virtutis  
 præ-

Sperl.  
 Anth.  
 maj. c. 3

Seneca;

præmium. Circa mala facta; officij  
 ejus partes sunt, accusare, reprehendere,  
 mordere, lancinare, antecedente tali ra-  
 tioncinatione, qualem fabricavit Oe-  
 dipus Thebanorum rex, dum perpe-  
 tuo secum ita ratiocinabatur: Qui  
 committit incestum & homicidium  
 is rem committit turpem & poenâ  
 dignam. Tu (sibi ipsi dixit) in-  
 cestum & homicidium commisisti, E.  
 Hunc syllogismum tantus secutus est  
 dolor ut ipse se exocularet. Hinc  
 luculentius adhuc patet, unde bona &  
 mala conscientia consurgit.

## X.

*Potestne bona conscientia pro su-  
 premo bono in vita civili censeri?*

¶ In infinita fermè opinionum  
 abeunt sapientes divortia, summum  
 vitæ civilis bonum determinaturi;  
 Quibus enumerandis occupari, non  
 arbitramur hic operæ pretium. Vi-  
 deatur tantum B. Augustinus. Di-  
 dicisse rectissimè omnium res æsti-  
 mare conspiciuntur; qui illud ipsum;  
 vel in ipsa virtute, vel virtutis opera-  
 tione

tione, vel in eo, quod ab utrâq; fluit, *bona seu tranquilla & lata conscientia*, positum volunt. licet non levitè depugnatur inter illos, cuinam horum corona debetur. Stoici acerrimè pugnare pro virtute, Peripatetici suas profundere videntur vires pro actione virtutis. Nec videntur nobis deesse argumenta, quæ pro *bonâ conscientia* militant. Quorum vel *primum*, hoc esse potest: Propter quod omnis virtus paratur & exercetur, illud sit necessum esse extremus finis seu summum bonum civile: at propter *bonam conscientiam*, omnis virtus paratur & exercetur, E. Major in sapientum comitijs probata asseverat, cum sit virtus ad felicitatem medium. Minor etiam: quia *bona conscientia* virtutis & actionis ejus effectus est, virtus n. paratur ut via & medium ad virtuosam actionem; hæc rursus exercetur ut via & medium ad *bonam* possidendam *conscientiam*. Quæ ubi non habetur, sunt omnia nihil, & nihil omnia, nisi fædus vitiorum squalor, anxius dolor & dolendus angor. Undè ele-

Horne  
 ius Eth.  
 l. 2. c. 1.  
 VVend  
 in ph.  
 m. l. 2.  
 c. 2.  
 Argus  
 men-  
 tum I.

D.

gantèr



Seneca  
de vita  
beata c.  
20. ibis  
de c. 4.

Argus  
men-  
tum 2,  
Præto-  
rius in  
pol. the  
at. de fi  
ne pol.

Iterus

Plutare  
chus  
æcè  
eu ju  
pias.

gantè Seneca: Nihil opinionis cau-  
sâ, omnia se *conscientia* fecisse ait: sum-  
mum concludens hujus vitæ bonum  
animum despicientem fortuita, vir-  
tute solâ tranquillum & lætum. 2.

Quicquod ultimò terminat actionem  
& agentis intentionem planè satiat, id  
rectè finis est, seu summum bonum;  
at *bona conscientia*. E. Major probatur.

Quo enim datur ulterius in appetitu  
& intentione, illud, ultime sum-  
mum bonum, vel finis ultimus esse  
nequit. Minor: quia prius appetere &  
intendere non desistimus, *bona* quàm  
*conscientia* fuerimus possessores. Hic  
primum conquiescimus securi, hic  
tranquillamur læti & jucundamur  
mente serenâ: Neq; enim pretiosa do-  
mus, neq; auri copia, neq; generis  
dignitas, neq; magistratus amplitudo  
neq; facundia, neq; Eloquentia, tan-  
tam vitæ serenitatem tranquillita-  
temq; præstat, quantam animus a-  
ctionum, consiliorumq; purus ingeni-  
umq; perturbationum & scelerum ex-  
pers intaminatumq; unde honestæ  
promanant actiones, Beatissimus itaq;  
rectè

rectè cenſetur is atq; ſecurus ſui poſſeſſor, qui nullius mali ſibi conſcius, Seneca  
 craſtinum diem ſine ſolicitudine ex-  
 ſpectat. Quid enim æquiri putatur, Caſſiod  
 ubi *bona conſcientiæ* perditur? aut in quâ 1,4. Ep 8  
 parte poſſit homo proficere, ſi inno-  
 centiam probatus fuerit amiſſiſſe? 3. Argu-  
 ſummum bonum erit *δι αὐτῷ ἀγαθῷ*- ment, 3  
*ὄν καὶ αὐτῷ πῶς*, ſed *bona conſcientia* eſt  
 tale bonum E. Major Ariſtotelis eſt: Ariſt. 1.  
 minor probatur. Virtus non vide- Eth. c.  
 tur tale eſſe bonum, Cum *ad beatitu-* 8. & 5.  
*dinem via* ſit; Propter actionem ex- Scalig.  
 petitur virtuoſam eamq; unice inten-  
 dit. Nec actio ipſa, cum ſe terminare  
 non poteſt, exerceri propter finem ne-  
 ceſſe eſt, qui non poteſt alius eſſe; quam  
*bona conſcientia*, cujus proximum ſit VVetiã  
 medium. *Hæc ſola* nihil deſiderat delinõs  
 ulterius, ſe ſolam propter appetitur,  
 ſola ſibi ſufficiens, aliò non refer-  
 tur. 4. Quicquid unice in hæc vitã Argument  
 civili, umbram habet cœleſtis felici- ment 4  
 tatis, illud merito ſummum æſtimatur  
 hic bonum. Sed *bona conſcientia*, in VVend  
 hac vita civili, unice habet umbram in Phil  
 cœleſtis felicitatis E. Major patet. mor. 1.  
 2, c. 11

52 quod enim ab omni planè parte di-  
 scordat à summo cœlesti bono, non  
 beatum, sed miserum valdè dici mere-  
 tur. Minor vel saltim ex opposito  
*mala conscientia* tralucet, quâ enim  
 cum conflictati fuerint, etiam homi-  
 nes pietati & sanctitati aliàs addicti,  
 ob admittâ scelera, dixere se inferna-  
 les dolores & infernales angores sen-  
 sisse. Sicut itaq; in *mala conscientia*  
 sensus quidam infernalium cruciatuum  
 percipitur, ut quoq; asserit B. *August.*  
 in Ps. 45 Nullam tribulationem & nullum do-  
 lorem, *mala posse conscientie* comparari,  
 ita in *bonâ conscientia*, seu pace animi  
 virtutis studio partâ, solùm præliba-  
 mus aliquid æternæ quasi pacis, æter-  
 ni gaudii. Undè optimus noster the-  
 saurus, jure convivium, beata vita,  
 Seneca. summa beatæ vitæ, in vita maximum  
 Cicero. munimentum, in morte magnum,  
 Dioge. Solutium, Fortunæ victrix, Titulus  
 religionis, aula Dei, benedictionis a-  
 ger, angelorum gaudium à sapientiæ  
 Hugo. humanæ Antistitibus celebratur. Eâ  
 quâ nihil divinius & beatius, in hoc  
 vitæ civilis agello circumferimus

mortales. Si verò objeceris, contra 53  
 hæc in medium adducta. 1. *sic: Novimus* Object.  
 actionem virtutis, rectissimè finem  
 haberi, fieri itaq; non potest, ut quod  
 finis est, sit quoq; medium ad finem,  
 ut supra hic assertum est? Respon- Respon  
 detur sic: 1. distinguendum est inter  
 finem & inter ultimum finem, tan-  
 tum in hoc hemisphario politico;  
 Actio virtutis quæ recta aliàs vita  
 est, rectissimè finis est, sed esse  
 ultimus non videtur, cum aliò refer-  
 tur, & ordinatur nempe ad vitam bea-  
 tam, quæ *bonâ* includitur *conscientia*. Aristot  
 2. Diversus considerandi modus, tol-  
 lit omnem controversiam. Non est  
 absurdum, idem esse medium & fi-  
 nem diverso respectu: Virtuosa actio  
 potest dici finis, respectu virtutis, me-  
 dium verò respectu *bonæ conscientia*, seu  
 beatæ vitæ, ad quam quoq; homo  
 tanquam finem conditus est, asseren-  
 te Wendelino. Licet non ignora- VVend  
 mus interjici ab eruditorum nonnul- de rectâ  
 lis, quoddam discrimen inter sum- vita,  
 mum hominis finem & summum bo-  
 num: *illum* esse contendunt vitam re-

84. rectam, hoc vitam beatam. 2. Sum.

Objec. mum bonum esse debet *δύοι Φαίπετον*  
ut ait philosophus, sed bona & tran-  
quilla conscientia de facili amittitur;  
quam primum enim legem transili-  
mus, conscientia tranquillitas & læ-  
titia terminatur, tam inconstans est

Respon bonum? 14. Idem esto iudicium, de  
actione virtutis, illam si supremum  
bonum veneraris: quam primum e-  
nim legem transgrederis, actio recta  
non est, vita recta non est, ea quip-  
pè, sola actio virtuosa dicitur, quæ le-  
gi conformis est. Non est illa con-  
scientia est bona, vel pro supremo de-  
bet æstimari bono, quæ uno vel alte-  
ro virtutis actualis exurgit; sed quæ  
ex actibus virtutum non interruptis  
suboritur. Non est enim bona con-  
scientia possessor, nisi homo con-  
stans, *ἀεὶ ἄριστος* & bonus, qui in o-  
mni suâ vitâ sibi altè inflexum tenet  
nè à precepto conscientia, unguem trans-  
versum recedat. Undè scitè Seneca  
scis quem dicam virum bonum, perfectum  
& absolutum? quem malum facere nulla  
vis, nulla necessitas possit. Qui honestus  
est

Cicero  
ad Ar-  
ticum  
Seneca  
Ep. 34.



est cultor, virtute contentus, quem  
 nec extollant fortuita, nec frangant,  
 qui nullum majus bonum eo, quod  
 sibi ipsi dare potest, noverit, cui ve-  
 ra voluptas erit voluptatum contem-  
 ptio. Hunc *bona illa conscientia* ad o-  
 mnia sacra mittit, per omnes vias, per  
 omnia Sacra templa, ad omnes  
 hominū species, & plaudens canensq;  
 ipsum laudat: Dormienti quoq; assi-  
 stens, præclarum chorum e somnio-  
 rum domo circumponit & ab hâc vir  
 bonus nunquam intercluditur. Sicut  
 enim virtus est constans animi pro-  
 positum vivendi secundum legem,  
 sic bonam conscientiam ejus finem &  
 effectum, ejusdem quoq; esse con-  
 stantiæ infallibilitèr sequitur. 3. Esto  
*bona conscientia*, bonum quoddam & fi-  
 nis, summum tamen bonum & ultimus  
 finis esse nequit, vel quia 1. aliò etiam  
 refertur, nempe ad gloriam Dei, vel  
 2. quia neq; illa videtur propter se  
 expeti, sed propter hominem, suum  
 subjectum. R. 1. idem esto judicium  
 etiam de virtute & ejus actione, o-  
 mnia a Deo, omnia ad Deum, cun-

79  
 Idem  
 de vita  
 beata  
 c. 4.

Philost.  
 in vita  
 Apollo-  
 nii

Objecto.

Respon

56. Ita bonum quærunt, undè prodie-  
runt. Ast, cum *bona conscientia* sum-  
mum dicitur bonum; intelligen-  
dum est id, non absolutè summum  
vel omnibus partibus absolutum,  
quod in mortalitatis hoc theatro E-  
thicis præcipuè præceptis, frustra  
quis expectat; Cujus medium & mo-  
dum altioris est indaginis de mon-  
strare & in *foro* spectatur *polit.* Nihil  
quippè hic ab omni parte beatum,  
nihil omnibus numeris absolutum:  
Sed moralitèr tantùm summum in  
*foro soli*, in hemisphærio politico.  
quod à nobis virtutis studio potest  
adquiri & in hominem in hâc vitâ,  
innumeris aliâs subjacentem fortu-  
næ minis, miseriis & calamitatibus  
cadere potest, &c. Ad Rationem 2.  
Distinguendum hic est, inter *finem*  
*cui* & *cujus*, *bona conscientia*, cum dici-  
tur ultimus Finis, Finis heic respi-  
citur *cujus* non *cui*; ad hunc vero si  
attenderis rectè propter homi-  
nem tanquam subjectum appeti-  
tur, non verò si attendiris ad *il-  
lum*. Se enim sola contenta est,  
nec

Iterus,

Respon

nec alio quòquam refertur. 4. Cum dictum supra erat, *conscientiam bonam*, vel ideo beatitudinis civilis titulum sibi videri vendicare, quod umbra sit cœlastis isti<sup>9</sup> beatitudinis, sequitur umbram æternæ felicitatis gentilibus hominibus & extra pomœria Ecclesiæ constitutis etiam tribuendam venire, siquidem virtutis studio poterint quoq; *conscientiam* possidere *bonam*, quod tamen absurdum est? R. Sicut virtus omnibus patet. Ita indè propullulans *bona mens*. Fatetur Seneca se semper bonæ *mentis* fuisse possessorem, dum dicit. *Ego amicis jucundus, inimicis mitis & facilis, exorabor antequam roger, honestis precibus occurram. Scio supra me præsides Deos, circaq; me stare factorum dictorumvè censores. Quandocunq; autem natura spiritum repetet, aut ratio demittet, testatus exibo, bonam me amasse conscientiam, bona studia, nullius per me libertatem immi- nutam, minimè meam. Qui hoc sibi facere propenet, volet, tentabit, ad Deos iter faciet. Potest itaq; bona conscientia assiduis veræ virtutis cultoribus, ut*

57  
Object.  
  
Respon  
Seneca  
Ep. 44.

Seneca  
de vitâ  
beatâ c.  
20 & 21

18 umbra quædam cœlestis beatitudinis  
obtingere, sivè fuerint pagani sivè  
Ecclesiæ germani fuerint cives. *hæc*  
tamen multis parasangis perfectior  
& illustrior, quæ cum spiritu rege-  
nerante est unâ. Nam neq; umbra  
est idem cum corpore umbrante. Si  
itaq; Ethnici, quam umbram veræ  
beatitudinis in *bonâ conscientia* ex  
virtutis actibus exurgente senserint;  
Umbra mansit, ad corpus pervenire  
non potuerunt.

Addimus ad decisionem quæstio-  
nis propositæ. Nobis rectissimè col-  
locari videri sumum B. & in virtute  
& ejus actione & in eo quod ab u-  
traq; fuit *bona conscientia*. Cum ho-  
rum unū, nunquam caret altero. In-  
dissolubilis est eorum nexus. Omnia  
in se habet virtus. *Omnia assunt bona,*  
quem penes virtus. Hoc unum  
immortale mortali contingit. Hoc  
proprium hominis bonum. Virtus  
sola satis. Virtus sola præstat gau-  
dium perpetuum, securam. Virtuti  
quæ homines arant, quæ navigant,  
quæ ædificant, omnia parent. hæc  
sola

VVens  
delin,

Plautus

Seneca.

Tacitus

Seneca.

Salust.

59  
Sene de  
beat viq  
c. 7<sup>o</sup>

sola clara & æterna. Virtus malam  
vitam non admittit. Altum quiddam  
est virtus, excelsum & regale, invi-  
ctum, infatigabile. Hanc profectò  
qui possidet, actionem ejus omninò  
habet: Otiosa esse nò potest, non po-  
test quin se exerat, & radios suos  
explicet, natura ejus est prodesse.  
Non est virtus nisi actiuosa, quod &  
*positivè & negativè* intelligi debet, a-  
gimus etiam honestè, quando tur-  
pia omittimus, undè nihil agere, est  
agere *moralitèr*. Itterus Quid erit E. virtus  
actiuosa, nisi actio virtuosa? quid  
erit actio virtuosa nisi virtus actu-  
osa? Qui E. ponit summum bonum  
in actione virtutis, ponit in ipsa vir-  
tute & versâ vice. Deinde, ubicunq;  
est virtus actiuosa, Ibi necessariò esse  
sequitur *bonam conscientiam*, tran-  
quillitate & lætitia circumfusam.  
Hæc ubi est, necesse est, esse actio-  
nem virtuosam, à quâ ut proximâ  
causa fluit. Qui itaq; summum po-  
nit bonum h. vitæ in *bonâ conscientia*,  
etiam ponit in virtute, licet non ut  
ultimo tum fine, sed unico ad eum  
medio.



60 medio. Non E. imponet nobis di-  
versus ille & varius considerandi  
modus. Nam summum si bonum  
quæritas in *fundamento*, invenies in  
virtute; si in *formâ*, invenies in acti-  
onis cum lege conformitate. Si in  
virtutis actionisq; ejus effectu, ultimâ  
perfectiõne, ultimò fine ac *αὐταρχείᾳ*  
internâ, invenies haud dubie in *bona*  
*conscientia* seu vita intensivè beatâ, quæ  
intranquillitate & lætitiâ, à virtute o-  
borta unicè consistit. Undè pro-  
cul dubio pulchrè Seneca *concordiam*  
*animi* summum hujus vitæ veneratur  
bonum ubi ex virtutum amicâ con-  
spiratione, *hæc beatitudo* exurgit.  
Hinc nos, non arbitramur committi  
errorem, in quocunq; horum trium,  
*virtute, virtutis actione, aut bona consci-*  
*entia* civilis beatitudo collocatur.

Seneca  
de vita  
beata

Seneca  
Ep. 67.

Hæc enim individuo nexu juncta a-  
mico & concordie complexu hærent.  
Hæc sunt sola, quæ fortunæ Domi-  
nium rident. Hæc sola non nisi à  
bonis possunt possideri. Cœtera bo-  
na, quæ summi boni ornamenta  
salutantur, ut munera naturæ, robur,  
pulcri

pulcritudo, sanitas &c. vel ut mu- 61  
nera fortunæ, honor, gloria, laus,  
libertas, bona fama, opes, amici. &c.  
Facilè solubili ac discordi quasi ton-  
dere juncta, fortunæ subjacent mi-  
nis. effluunt cum affluant, franguntur  
cum maximè splendeant, sordescunt  
cum tralucere videantur, vel quia  
etiam possidentur à malis.

XI.

*Quomodo bona conscientia ali-  
quem in hoc fortunarum gurgite  
maneat?*

R. Breviter: virtutis exercitiis assi-  
duus & fidelis vacabis, sivè fueris  
solus, sivè fueris cum aliis, nihil  
quicquam in te admittes, cujus te  
vel pudeat, vel pœniteat. Nihil in-  
honesti, nihil injusti cuiquam facies,  
etiamsi id Deum ipsum, omnesq; u-  
niversi orbis cives celare tibi vide-  
re. sic *bonam conscientiam* nunquam  
non circumduces. Sed dices heic: *Object.*  
*cum conscientia bona*, sit quædam feli-  
citas, ut supra asserebatur, quæ cui-  
quam in hoc calamitoso & infelici  
vitæ

62 vitæ stádio contingere possit? 1. Quia felicitas est divinorum aternorum affectio: Humana verò cuncta terrena & mortalia. 2. Felicitas eximia est tranquillitas, eximia lætitia, pura, solida ac constans. Nostra vita litigium, pugna cottidiana, umbra tenebrosa, voluptas cum dolore permixta, mortis imago. 3. Felicitas libera est & à revolutione fortunæ exempta: sed mortalis hic orbis, in fortunæ collocatus est manibus, quare anxietatem comitem habemus. Et nostra vita cum optima fuerit, nihil tamen nisi illustris miseria potius quàm felicitas seria; inanis & ambitosa occupatio, animiq; concussio, quam vera aliqua conscientie tranquillitas seu felicitas. Cui sententiæ subscribunt etiam concordi manu sapientes; cum primis poë-

Seneca  
de brev  
vitæ vitas

9. 5.

Homer  
rus.

Pindar  
rus.

Menan  
der.

τα, ἔδεν ἀκιδιότερον γαῖα γείφει ἄνδρῶ-  
πας. πᾶς ὁ ἄνδρῶν ὁ συμφορὰ & σκίας  
ὄναρ ἄνδρῶπος succlamat Pindarus.  
Ἄνδρῶν ἕκαστὴ πρόφασις εἰς τὸ δυσχεῖν;  
Menander. ἔκ εἰσὶν ἔδεν δεινὸν ὡδ' εἰπεῖν  
ἐπὶ, ἔδὲ πᾶδ, ἔδὲ συμφορὰ θεήλα-

70.

Ἡ δὲ ἡσυχία ἀνὰ ἀρετὴν ἀχθὸς ἀνδρώπων φύσις. 63  
 Euripedes. Et infinita alia hujusmo- Eupi-  
coes  
 di, quæ infelicitatem potius huma- Resp.  
 nam arguunt. Respond. Ad obje-  
 ctiones in genere: imbecilliores  
 eas esse quam ut palmam capiant.  
 Quare in contrarium sic arguimus:  
 ubicunq; datur actuosa illa virtus, ibi  
 dari ejus effectum *bonam conscientiam*  
 ut felicitatem quandam, necesse est,  
 sed in hac vita datur actuosa illa vir-  
 tus E. dari ejus effectum, *bonam con-*  
*scientiam* ut felicitatem quandam ne-  
 cesse est. Major vel ex canone con-  
 stat. *posita causa, in actu nempe causan-*  
*di, ponitur effectus.* Minorem firmat  
 tum ipsa ratio, tum temporum te-  
 stis, sapientiorum consensus & re-  
 rum magistrâ abundè. Verum cum  
 illa argumenta nostram quæ in sen-  
 tentiam depugnant, non sunt planè  
 contemnenda, sed vel à sanctissimis  
 acerbè deplorata leguntur. Distin-  
 guimus inter felicitatem aliqualem,  
 inchoatam, imperfectam & debili  
 nostræ vitæ conditioni convenien-  
 tem, de quâ fideles virtutis cultores  
glo.

64. gloriari quidem possunt. Et inter illam omnimodè perfectam omnibusq; numeris absolutam atq; consummatam nostro vitæ statui non contingentem; de quâ nec sanctissimi gloriari queunt. *Cum nihil hic ab omni parte beatum.* Et quamdiu

B. Augustin.  
de civitate Dei  
lib. 19.  
c. 27.

vitiis repugnam<sup>9</sup> perfecta pax nō est, perfecta tranquillitas non est: illa namq; quæ resistunt, periculoso debellantur prælio, & illa quæ victa sunt, non dum securo triumphantur otio; sed adhuc sollicito premuntur imperio; solus æternitatis dies securissimus est. Quod & sanioribus Ethnicis videtur fuisse notum, utpote Platoni, prædicanti non esse Beatum præter paucissimos quæquam: præclaram tamen spem esse futurum. Et postquam ex hâc vitâ discesserimus, ea omnia aliunde consequamur, quorum gratiâ, dum viveremus optimè vitam instituere summo studio conabamur. Mortuis quia omnia contingunt. Quando itaq; *Conscientiam Bonam* vocitamus felicitatem, intelligimus id tantum

Plato  
L. 22. de  
LL. idē  
in Epist.  
nomi.  
de,

*intend.*



*intensivè.* Et licet *conscientia bona* in 65  
hoc lacrimarum stagno perfectè ta-  
lis non existeret, potest tamen in  
suo genere & foro, beatitudo saluta-  
ri, cum eâ hic nihil mortalibus con-  
tingit majus aut beatius. Magnum August  
quippè & summum est Deoq; vici-  
num, in *sua conscientia* non concuti,  
non torqueri. Incommoda verò,  
quæ hic aliàs interijciuntur, *conscien-*  
*tiam bonam* non sauciant. Nihil e-  
nim tam acerbum est, in quo non  
æquus animus solatium invenit. Et  
etiam hos dicimus felices, qui ferre Seneca  
de trā  
quillit  
animi  
c. 10  
Juvenil  
Sat. 13  
*incommoda vitæ rectè didicere.*

## XII.

*An bona conscientia possit esse  
conjuncta cum tristitia?*

*R.* Tristitia non est uniusmodi,  
*alia* enim est moderata, de ijs, quæ  
*conscientiæ* & virtuti repugnant, *alia*  
immoderata, de ijs, quæ *conscientiæ* legi  
conveniunt. Prior juncta cum *bo-*  
*na conscientia* existere potest, poste-  
rior neutiquam. *Bona* quia *conscientiæ*  
cernitur consentaneum, de iis trista-  
ri, quæ legi & virtuti adversantur.

66 præsertim si ita fuerint comparata, ut excuti facilè renuant; & è contra, nunquam tristari de iis, quæ virtuti congrua sunt. Hæc enim læta amore prosequitur, ista, tristis odio ha-

Object.

Arist.  
Eth. L.  
10. c. 4.  
& 5.  
Resp.

bet. Sed dices: tristitia est impedimentum bonæ operationis, ut loquitur Aristoteles, E. *bona conscientia*, quæ virtuosam operationem semper prærequirit, repugnat? R. Propositio ἀπλῶς vera non est. Est quidem tristitia impedimentum istius operationis, de quâ tristamur, quæ celebris philosophi sententia est, sed non est impedimentum operationis, de quâ non tristamur & ad quam ex virtutis præscripto nos adcingimus. Quin potius instigat & extimulat ad actiones honestas, per quas facilis depellitur.

Object.

Resp.

Dices 2. *Ægri-tudo animi bonam conscientiam* dispungit, sed tristitia est ægri-tudo animi, E. R. laborat propositio vitio ὀμωνυμίας: *Ægri-tudo animi*, potest sumi, vel pro *malâ conscientia*, quæ grave animi tormentum est & maxima peccantium pœna, ob perpetrata propria

Seneca,

scelera

67  
Dithmarf.  
litterus

scelera, ut supra patuit: vel pro tristitia, quæ affectus est appetitus concupiscentis, quo ob adversam fortunam seu malum præsens, vel nostram, vel proximi rem concernens, spiritus cordis contrahuntur & opprimuntur. Secundum acceptionem vocis ægritudinis animi priorem, facilis concedo propositionem: secundum vero posteriorem nego. Assumptio verò fallitur ἀπλῶς sumpta, cum talis ægritudo animi, conscientiam bonam depellens, non est omnis tristitia, sed tantum illa immoderata.

### XIII.

*An timeat bona conscientia possessor?*

¶. 1. Distinguendum hic est, inter timorem *naturæ*, *gratiæ* & *diffidentia*. *Iste* est, quo natura ab eo abhorret & sibi cavet, quod intelligit sibi noxium, contrarium & destructivum; *ille* est, excellens Dei donum, initium illud sapientiæ, filialis aliàs timor dictus, erga majestatem divinam, in cujus præsentia cuncta quæ agimus, agimus: *Hic est*, quo

68 improbi & conscij sceleris, vitiorum  
admissorum onere pressi, ad recor-  
dationem judicii *conscientia* tremunt,  
cohorrescunt, tanguntur & angun-  
tur; & servilis est. *Priores duo*, cum  
*conscientiâ bonâ* consistunt juncti, *po-  
sterior* neutiquam. Hic enim solius  
*mala conscientia* est socius. R. 2. Ti-  
menda non sunt ejusdem conditio-  
nis; *alia* enim sunt *turpia*: uti igno-  
minia, infamia, scelera scelerumq;  
supplicia, quæ omnis *mens bona* timet  
& metuit. Alia sunt *tristia*, horumq;

Bernh.  
de me-  
dit. de  
voc. c. 80

*Quædam* ὑπὲρ ἀνθρώπων, ut inundatio-  
nes, terræ motus omniaq; iræ divi-  
næ signa, quæ ἀθεοῦ sit, qui non ti-  
met & precibus avertere studet.

*Quædam* καὶ ἀνθρώπων, viribus hu-  
manis propulsabilia & superabilia:  
Hæc *bona conscientia* potens, potest

Object. non timere. At dices: Seneca eum  
Seneca. beatum prædicat, qui nec cupit, nec  
Respon timet? R. Rectè: Beatus nihil ti-  
met serviliter, diffidentèr vel despe-  
rato animo.

XIV.

*An bona conscientia semel acqui-  
sita, possit rursus amitti?* R.

R. Negando de *conscientiâ* perfectè bonâ, quæ actuum virtuosorum continuationem non interruptam requirit. Implicaret enim ad vitæ usq; terminum continuari & tamen ante finem cessare. De verò *conscientiâ* imperfectè bonâ, quæ interruptis ex honestis actionibus exurgit, quin dicatur non videtur obstare quicquam. Maximè propterea, quia nullus virtutis habitus, tam firmus inhæreat subjecto, quin per contrarias actiones complureis tolli & obliterari potest. *Φείγεσθιν γὰρ ἧθη κρήδ' ὀμιλίαι κακῆι.* Sed dices; Qualis causa, talis effectus, virtus, cum non sit tam levis & imbecillis, ut in habitum contrarium verti possit, sequitur etiam *bonam conscientiam* semel partam, non posse amitti? R. Aliud est amitti, aliud in habitum abire contrarium. *Illud* virtuti contingere potest, *hoc* neutiquam. Si enim parari humanâ industriâ virtus possit, conservariq; exercitio, haud dubiè etiam intermissione exercitij & contrarijs ad vitia incitamentis

Meisne  
rus de  
summo  
bono.  
Menan  
der,  
object.

Respon



70 (quibus, à virtutis recto tramite ab-  
duci homines magnos experientia  
testatur) expelli potest. Cum duo  
contraria, in gradu nempe excel-  
lenti, unum non habitant subiectum,  
& hinc tam fœdi sanctorum lapsus.  
Damus etiam illud libentèr, quod  
virtus non sit leve & imbecille quid,  
si præcipuè radices egerit, cum ne-  
mo repente factus est pessimus.

XV.

*An tranquillitas animi & letitia  
cordis, differant à bonâ conscientia?*

Resp. Bona conscientia & illam &  
hanc includit. Quod vel ex supra-  
dictis abundè patet. Quare Socra-  
tes interrogatus, quinam tranquille  
viverent? rectè respondisse credi-  
tur, qui nullius absurditatis sibi con-  
scij sunt. Bonam itaq; qui conscientiam  
habet, habet omnia quæ ad vi-  
tam pertinent intensivè beatam. Illa  
aureum declinatorum, quæ homi-  
nem miserum esse nunquam sinit,  
sicut nec scelerum arbitra mala con-  
scientia felicem, undè Diogenes, ne-

Hugo,

Diogen

*minem dixit à timidiore liberum & re-  
verè*

verà letum & animosum, nisi illum qui 71)  
nullius mali sibi conscius est.

XVI.

*Rectiusne bona conscientia fru-  
ctus summi boni, quam summum  
Bonum appellatur?*

Resp. Virtutis & virtuosa actio-  
nis fructus rectius appellari videtur  
quam summi boni. Cum illud, in  
illâ ipsâ, etiam inveniatur. ut suprâ  
visum. Sed dices: summum bonum Object.  
est perfectio animi, quæ in veri est  
inspectione & honesti adeptione,  
E. non in bonâ conscientia? Respon  
N. Negatur consequentia; Virtus actuosa seu  
actio virtuosa indeq; fluens *bona con-*  
*scientia* peculiaris & maxima est ani-  
mi perfectio. Varijs quidem mo-  
dis & gradibus perficitur animus, da-  
mus, sed si *conscientiâ* non fruatur  
*bona*, difficultè credo, posse eum di-  
ci perfectum. Cum *bona conscientia*  
sit animi complementum & perfe-  
ctionis gradus ultimus quem actio Vvens  
virtuosa intendit. delinus *In quo planè ac-*  
*quiescimus bonumq; aliud non expetimus*

72 *sub ratione finis; quod quidem hujus erit  
ordinis.*

XVII.

*An E. Mala Conscientia scelerū  
illa arbitra, rectè pro miseriā maxi-  
mā seu infelicitate civili habeatur?*

R. Major miseria cum excogitari  
& intelligi non possit, ut vel ex antea  
dictis perspicere est. Facile erit, au-  
tumamus, Quæstionem asserere. (α)  
quia divinam excutit profapiam atq;  
ὄνομασται ut pulcrè scribit apud Arrianū  
Epictetūs: Tu principale quoddam  
es, delibatum ex divinā naturā. habes ali-  
quam partem in te ipso. Quare ignoras  
profapiam tuam? Nescis unde veneris?  
non meminisse vis, quando vesceris qui  
existens vescaris & quem nutrias & in  
cætu vivens & cum alijs versans, quando  
exerceris, quando disputas, an nescis te nu-  
trire Deum, circumferre Deum te, ô mi-  
ser ignoras? Censes me loqui de aureo  
quodam ac argenteo, quem extrinsecus  
circumferas? In te ipso inquam gestas il-  
lum: quem? Eo inquinari abs te non sen-  
tis? Impuris enim cogitationibus sordidus  
actio-

Epictete.  
l. 2. c. 8.  
apud  
Arrianum

actionibus Malæ conscientia Genitricibus, id facis. Quod si Deo effigies quædam adesset, non in animum induceres, tale quid agere. Deo autem ipso presente in penetralibus & inspiciente omnia ac audiente, non pudet te ipsa cogitare & facere & propria natura ignarum & dignum cui Deus sit iratus. Nihil enim divina prosapia manet, ubi mala & facinorosa conscientia dominium tenet. (β) Quia mala conscientia hominem in bestiam format, imò vel infra ejus sortem dejicit, labendo enim homines in culpam, transeunt in leones, lupos & vulpes & similes alias feras, pro vitiata conscientia naturâ. Scimus enim loquitur Chrysostomus, quod & brutis simus pejores, virtute si careamus, bonæ conscientia nutrice: Illam igitur exerceamus, nè malâ distorqueamur conscientia, sed ut homines efficiamur & tranquillemur mente serenâ. ijs enim, qui in peccatis vivunt, nullâ pieturâ opus est, sibi ipsis semper in apertum adducuntur. Nec interest, quis eorum priori pingeretur loco, cupidus an rapax? Nam illorum

Idem  
Epicæ.  
l. 1. c. 3.  
apud  
Arian.  
Crysoft

Idem  
Chryso-  
stom. de  
institue-  
nda se-  
cundâ  
Deum  
vita

oculis nihil impudentius, nihil per-  
 vicacius, nihil cani similis. Neq;  
 enim tam impudens vilus est canis,  
 quam hic, cum omnia diripit. Quid  
 hujus manibus sceleratius? ( $\gamma$ ) Quia  
 hominem (præcipuè extremè *malum*)  
 in sordidum ac ineluctabilem com-  
 pingit quasi carcerem. Et sicut eo,  
 qui vinctus cervice, manibus pedibusq;  
 ferratus est, videtur nihil fermè mi-  
 serius, in externis. Ità malâ *mala con-*  
*scientie* catenâ vincto, tricisq; pravè  
 factorum ferrato, nihil miserius, ni-  
 hil infelicius in hâc vita civili possit  
 unquam excogitari ( $\delta$ ) Quia quasi  
 mors est quotidiana. Nam sicut *bona*  
*conscientia* est suavissima animi sani-  
 tas: sic *mala*, Horrendus morbus &  
 Lipsius formidulosa mors & eò formidulo-  
 Plutarc sior, quod mors sit sine morte. Instar  
 Salust, ulceris enim est in corpore, nec vigi-  
 lijs nec quietibus potest sedari. Nec  
 finit rectis oculis quemquam aspicere  
 Philoz nec expedita verba proferre, ab o-  
 Stratus, mni etiam hominum coetu exterminat,  
 Dormientesq; pertesrefacit. Hinc  
 truculentus Nero. somniorum portens



tis terretur, & furisarum impetu ab  
 omnium hominum consortio abdu-  
 citur. Orestes ob interemptam ma-  
 trem mente captus in somnijs agita-  
 tur. Quare rectè Lipsius: *An verò tu*  
*solam eam censes punitionem, que incur-*  
*rit in oculos? Quam corpusculum hoc su-*  
*bit? non est. Externa illa omnia levitè,*  
*nec in longum tangunt. Interna sunt*  
*que angunt. Ut magis in morbo judi-*  
*cantur qui tabe, aut torpore laborant, quam*  
*inflammatione aliqua aut febris, tamen hæc*  
*magis apparent. Sic in graviore poe-*  
*nâ improbi, qui lento illo passu du-*  
*cuntur ad horrendam illam mortem*  
*id illis evenit, quos carnifex ille ani-*  
*mus cotidie minutis ictibus cædit ac*  
*pungit. Quæ omnia præcipuè va-*  
*lent de conscientia extremè & perfectè*  
*mala seu insanabili. Sed dices i.*  
 Qui mala quævis patrant, florent  
 & orbi satis conspiciuntur felices,  
 etiam si conscientiam innumeris vitijs  
 circumgestent oppletam. Qui mi-  
 seri venient censendi? Resp. Nec  
 splendor ille tibi imponat & circum-  
 fusa potentia aut opes. Nam non sunt  
 illi

Justus  
 Lipsius  
 de cons  
 stantiâ.  
 l. 2. c. 14.

Object.

Respon.

76 illi *mala conscientia* homines felices  
aut beati magis, quam sunt sani, quorū  
febres & podagra recumbit in pur-  
pureo strato. Intensivè magis me-  
tieris beatitudinem, quam extensivè  
sivè in externis. Est certè cum illis,  
fortuna muneribus displendentibus,  
Lipſius, *mali tamen sibi consciis*, haud aliter,  
quam, cum videris miserimum men-  
dicum in fabulâ, qui regis personam  
sustinet: Auratum & pulcrum vides.  
Sed non vides; quia latere sub auro  
illo scis scabiem, foetorem, sordes.  
Hoc maximè quadrat ad illos, qui in  
*conscientiam* injuriæ sunt: quorum  
Tacitus mentes si recludantur, possint aspici  
laniatus & ictus. Quando ut corpo-  
ra verberibus, ita sævitiâ malis con-  
Object. sultis animus dilaceratur. Objicies 2.  
Si sic, cum *mala illis conscientia* posses-  
soribus esset, quomodo possent tam  
ridere, tam gaudere, ac rident &  
Respon gaudent? Resp. Rident, sed non  
risum genuinum, gaudent, sed non  
gaudium germanum. Sanè gaudia  
& risus eorum, non sunt magis ger-  
mani, quàm eorum, qui capitis da-  
mnati

in carceribus attinentur, & ta-  
 lis interdum aut tesseris se fallere co-  
 nantur; non fallunt. Iuvenit illi spe-  
 ctabiles poenas, alii citius, alii serius.  
 Attende, lector benevole, ad verba,  
 illius Romani lamentantis *Tiberij*: *Dij*  
*me Deaq; perdant, quam perire cottidie* Lipſius.  
*ſentio.* Et moribundi *Neronis*: *Ergo*  
*ego ſolus nec amicum nec inimicum habeo.*  
 Huiusmodi animi tormentis, quid  
 miſerius? quid infelictus? quid hor-  
 ribilius? in vitâ hâc eſſe poſſit? Ni-  
 hil ſatiè. Cum hic nunquam ger-  
 mana ulla tranquillitas! nunquam  
 genuina ulla lætitia! Dices 3. Non  
 poteſt fieri, ut *mala conſcientia* indies Objeã.  
 animum habentem cruciet, cum dor-  
 mire interdum dicatur? Reſp. *Divi-* Reſponſi  
*nus ille oculus, conſcientia ipſa, vigilat*  
*ſempèr, & cum dormire cenſes, eo* Lipſius.  
*connivet: Tu tantum æquus in eum*  
*ſis ſempèr: nec iudicem, tuum ina-*  
*nitèr accuſa ipſe es ab eo iudican-*  
*duſ, ineluctabili cum anxietate &*  
*ſervitute.* Dices 4. Non videtur Objeã.  
 eſſe tutum, ſupremam miſeriam col-  
 locaſſe in *mala conſcientia.* Cum con-  
 ſcientia

78 *scientia* authori Deus sit? Resp. 1. Di-

Respon- stinguendum probè est, inter ipsam con-  
*scientiam* & malam conscientiam, seu  
inter ipsam conscientiam & horren-  
dam à *ἄγῆ*, conscientia adhaerentem,  
sive damnatum illum vitiorum ex-  
ercitum conscientiam occupantem ma-  
lamq; illam reddentem. istius Deus est  
causa, hujus, non nisi diabolus & de-  
perditus homo. 2. Dist. est inter ma-  
lam conscientiam acceptam pro malitia  
Explica- tio ad præcep- tum  
tum. *moralis conscientia adhaerente*, seu pro  
*malo culpa*, & pro malo poenæ. Concludi-  
mus breviter: scilicet, ut bona conscien-  
tia est summa beatæ vitæ. Ita mala,  
summa est vitæ miseræ. *tranquilli-*  
August *tate enim conscientia*, nihil potest ex-  
cogitari beatius, *conscientia morsu* nihil  
miserius: *Illæ* præstat gaudium secu-  
Seneca- rum ac perpetuum, *Hæc* angorem  
formidolosum & anxiam formidi-  
nem. *Illæ* æternæ pacis quasi imago,  
*hæc* æternæ torturæ. virtutis *illæ* præ-  
Seneca- mium; vitiorum *hæc* foetus, peccan-  
tium maximum supplicium.

*Quomodo E. Mala Conscientia  
possit evitari?*

Resp. 1. Eodem modo, quo *bona* paratur & custoditur, evitatur *mala*. Ruminato tecum assiduus *conscientiæ precepta* seu principia practica, eaq; quæ jubent, fidelis face & exequete, atq; ab ijs non recedito. Altè semper infixum tibi tene, *benè vivere & rectè agere*. Adijci etiã hæc possunt 1. *Oratio*. Si enim quis a malo genio quopiam assistente sibi ad injustitiam instigetur, ad templa, aras & delubra versetur fugiens injustitiam seu Dominam iniquissimam, molestissimam *conscientiæ malæ matrem*, & Numen Orat, ut opem ad propellendam illam, sibi ferat. Revera enim is est studiosus, qui se contra tales phantasias exercet & meminit Dei, illum invocat auxiliatorem & tanquam presidium, quia hic de ejus libertate, de rebus secundis & de tranquillitate certatur. 3. Cogitatio & contuitus presentis numinis, in cujus conspectu vivimus, quod in Interiora introspicit, cui nihil absconditum nihil secretum.

Cicero:

Zaleucus in  
proceso illo  
apud  
Stob.Epictet  
apud  
Arrianus  
l. 2. c. 18Lactant.  
l. 6. in  
stit. c. 14

Nihil



80 Nihil quicquam prodest, conscientiam

Seneca  
in suis  
exhortatione.

habere inclusam velle, patemus semper  
Deo. Nullus ergo mendacio, nullus  
dissimulationi locus, parietibus oculi homi-  
num submoventur. Dei autem divinitas nec  
visceribus submoventi potest, quo minus  
totum hominem perspiciat & norit. 4.  
Monitor Fidus, & patienter admissus.  
Eorum enim animadversores & cor-  
rectores, quæ dicuntur & admittun-  
tur interdum, sunt nobiles & gran-  
di æstimandi pretio. Non est con-  
fusio, ab aliis corrigi, qui boni viri  
sunt, sed confusio est, fidelitè corri-  
gentes repellere; Hoc est, propriæ sa-  
lutis iacturam facere & miseriam sibi  
accelerare. Permittimus, veste in-  
versâ induta, nos a puero admo-  
neri. Cur non corrigi a fidis mo-  
nitoribus? in ijs præcipuè, quæ con-  
scientiam reddunt pravam. Is enim  
pro bonæ conscientie amatore non ha-  
bendus, qui Monitorem spernit.

Seneca

Quarè scitè Seneca: Admoneri bonus  
gaudet, pessimus quisq. correptionem asperri-  
mè patitur. Sed fiat ista amici admonitio  
clanculum. ut pulchrè publ: Syrus: Casti-

Devitatio convictus pravorum & *convictus multorum. Istorum*: quia, qui cum malis conversantur affricant sibi eorum vitia. Sed bonorum virorum conversatio, vim præceptorum tenet. *Horum*: quia inimica est multorum conversatio. Nemo non aliquod nobis vitium aut commendat aut imprimiit aut nescientibus allicit, quod citò domum tranquillæ mentis vel demolitur vel diripit. *Seneca. Epistæ apud Arrian.* Paucis itaq; ijsq; probis te sociabis, si mala non velis urgeri *conscientia 6.* Devitatio occasionum peccandi. Similes sunt peccati occasiones, occasionibus valetudinis. corpus difficultè sospitates retinet, nisi occasiones, per quas infirmitatum causæ ministrantur declinaverit: Ita anima, suam *moralem sanitatem* vix possidet, nisi universas delictorum occasiones diligentèr absciderit. Et evitasse occasiones peccandi, est vitia domuisse, quo, victoria major nulla *Seneca.* est. 7. *Obstructio* peccati fontium. nam nisi ratio philosophica, ceu

82 bonus medicus, cohibeat diffundentem

Philo. tem se concupiscentiam, totam *vitam* tam *rectam* quam *beatam* perturbabit necessario. Cuncta enim mala sine

Exceptione huic subjiciuntur vitio, sed nunquam magis insanit, quam quum nacta fuerit licentiam. principijs itaq; obstacula struenda sunt.

Arist. 1.2. Eth. ult. *vitia quippè omnia penitus insident, nisi dum surgunt oppressa fuerint.*

Seneca, Et si semel succumbens dixeris, posthac superior ero: deinde eandem rursus usurpes orationem. Scito, tam fore imbecillum te & longuidum: ut deinceps nè te animadvertere quidem possis peccare. Sedulus E. *principijs obsta, Serò medicina paratur,*

Oridius *Quum mala per longas convaluere mores, s. Fuga etiam minimarum culparum:*

Ex his enim magna mala nascuntur. Etenim, qui dicere doctus est in uno:

quoq; peccato; *Non in hoc positum, est beatitudinis momentum.* Is peditentim omnia pessundabit: ut vel

*ipsam conscientiam* videatur sibi facere posse venalem. Sed ô miserum! surgunt in corpore magnæ ægritudines,

quo-

quotiens vel minimas negligamus. 83  
Augentur *mala animi*, si vel minima  
non caveamus. & fugiamus. 9. me-  
dela esse potest. quotidianum *consci-*  
*entia* examen. *iudicium* boni viri cla-  
rum est, cottidiè animum ad reddend-  
dam factorum rationem vocare. un-  
dè non abs re *Sextius* commendand-  
us, qui consummato die cum se ad  
nocturam quietem recepisset, inter-  
rogaret animum suum: Quod ho-  
die malum tuum sahasi? Cui vitio  
obstitisti? Quâ partè melior es? de-  
sinet ira & erit moderatior, quæ  
sciet sibi quotidiè ad iudicem esse  
veniendum. Quid pulcrius? Quid  
salubrius hac consuetudine excutien-  
di totum diem? Qualis ille somnus  
post recognitionem sui sequitur.:  
Quam tranquillus, altus ac liber,  
cum laudatus à *conscientia* animus fu-  
erit. Cum itaq; sublatum è conspectu  
nostro fuerit lumen & negotia do-  
mestica conticuerint, totum diem  
nobiscum scrutabimur, facta no-  
stra remetiemur, nihil nobis abscon-  
demus, nihil transibimus. *Initium*

*Seneca*  
1.3 & 6.  
36. de  
irâ

84 *est salutis, notia peccati*; Epicurus ait,  
 Seneca, Nam qui peccare se nescit corrigi  
 ex non vult. Deprehendes te ante-  
 Epicur, quam Emendes. Illi nihil cogitant  
 de remedio, qui mala sua virtutum  
 loco numerant. Igitur quantum  
 possumus, coarguemus & inquiremus  
 in nobis. Accusatoris primum par-  
 tibus fungemur, deinde iudicis, no-  
 vissimè deprecatoris & aliquando  
 Seneca, nos offendemus, monet Seneca: Ma-  
 Ep. 28. lorum enim ultimum est, mala sua  
 amare, ubi turpia non solum dele-  
 Idem ctant, sed etiam placent: ubi quæ fue-  
 Ep. 39. rant vitia, mores reputantur. Qua-  
 re nobis a veteribus salubre illud  
 commendatur. *Ἐν ᾧ ἴσι σεαυτὸν*. Tale  
*conscientie* examen bonis & Sanctis  
 viris olim, singulis diebus, manè ac ve-  
 speris fuisse in usu rerum nuncia lo-  
 quitur. Manè se examinarunt, quo-  
 modo egerint noctem, vesperis quo-  
 modo diem. Nullum quia hoc ad  
 improbos evitandos, emendandos &  
 mutandos mores, *mala conscientie* al-  
 tores, efficacius remedium. Nam  
 qui pravos actus quotidie suos ad cal-  
 culum



culum vocat, et deformitatem & 85  
& turpitudinem eorum in *conscientia*  
*speculo* intuetur, non potest, non tan-  
dem sibi displicere & de sui refor-  
matione seriò Cogitare, sollicitusq;  
rectiorem & meliorem animo mo-  
liri vitam, a qua sensim *bona* dima-  
nat *conscientia* 10. *Fuga desperationis*  
etiam post admissum nævum. *De-*  
*speratio* quippè *omni malo peior est*. Qua-  
redamur, quicquid non sit re-  
ctè factum & nec propterà animum  
despondebimus: nè id nobis reci-  
dat, quod timidis solet: Quæ cum  
semel remiserunt, abijciunt se totos  
& tanquam fluoribus quibusdam ab-  
ripiuntur. Novimus equidèm ani-  
mo nostro nihil esse flexibilius: ta-  
men velle id quod rectum & bonum  
est oportebit & facilè factum erit.  
*Nam, magna Bonitatis pars est, velle fieri*  
*bonum*. Nec pravitati erit locus. Et si  
succumbamus in hâc pugnâ, non pro-  
hibemur, quo minus, de uno certe-  
mus, nempe assurgere. Neq; expe-  
ctabimus hic aliud quadriennium,  
in quo redeant rursus alia olympia.

Epiſt.  
l. 4. c. 9.

Seneca,  
ep. 34.

86 Sed statim respirabimus & colligemus nos damnumq; honestæ actionis, honestâ actione refarciamus. Eadē promptitudine affectus pugnare licet. Et si iterum non obtinebimus, aggredi licebit. Et quod si semel vicerimus, similes erimus ei, qui succubuit nunquam, semperq; id nobis erit animi, ut errores nostros corrigamus. unde scitè seneca: *Exigo itaq; a me, non ut optimis par sim, sed ut malis melior. Hoc mihi satis est, quotiè aliquid ex vitijs meis demere, Et errores. meos objurgare. Quare enim nihil quicquam ex erroribus meis timeam, eum possim dicere: Vide nè amplius istud facias. Nunc tibi ignosco. ii. Nec iniquis iniquorum judicijs, injurijs aut fortunâ à virtutis movebimur tramite. Nulla tam modesta felicitas, quàm quæ malignas didicit sepernere censuras. unde illud priscorum: Si vis beatus esse, cogita hæc primum, contemnere & contemni. Insignis Nobilitatis indicium est, iniqua posse judicia concoquere. Et præsentissimum injuriarum remedium est*

Seneca,  
de vita  
beata  
c. 17.

Idem de  
ira l. 3.  
c. 36.

Seneca,

obli-

oblivio. Adversus fortunam, rerum  
 humanarum percogitabimus inæ-  
 quabilitatem & inconstantiam, eti-  
 am antè jaçturam, ut tandem æquio-  
 re animo feramus jaçturam. Quod  
 dixit Anaxagoras de morte filij, *scie-  
 bam mortalem esse quem genueram*, ad  
 singulos fortunæ dicemus casus, ani-  
 mo infracto: sciebam, possidere me  
 divitias in diem durantes, fluxas &  
 instabiles, in quas jus non habeo.  
 Sciebam magistratū ab ijs adimi pos-  
 se, qui eo me ornare. Sciebam a-  
 micum esse hominem & animal fa-  
 cilè mutabile, cujus favor Fortu-  
 nam sequitur, a fortunâ pendet. &c.  
 Atq; sic rationis imperio ad adversa  
 sustinenda maturè componendus  
 est animus; effæminata vox est, vi-  
 rum dedecens, dicere: volebam vi-  
 vere, carere tamen incommodis omni-  
 bus. Fugaces umbras talia reputa-  
 bimus. *Bona conscientia* nobis satis est;  
*quam* quia qui habet, etiamsi nulla  
 alia præter planè necessaria possi-  
 det, divitijs tamen reliquos etiam o-  
 pulentissimos superat. Hi enim cum

Anaxa-  
 goræ.

Just. in  
 hist. l. 3.  
 c. 4.

Seneca  
 Ep. 19.

mul-

§8 multa cumalayerant, plura tamen desiderabunt: Is, autem, quod presentibus gaudet, nec cupit quicquam, nec timet & anxietatibus omnibus liberatus, pariterq; inanibus exultationibus liber, tranquillulætus, tantum petit, quantum jam habet: naturæq; satisfaciens, fortunæ contemptor, supervacua non quærit, omnesq; sollicitos illos anxiosq; *securâ conscientia* ridet: postremoq; pulcherrimis honestissimisq; vitæ humanæ functus stipendijs, cum hinc decedendum est, solus mori novit, quia solus vivere didicit. vide hac de re plura apud Petrum *Löfsgreen* de mente cõpositâ. His positis remedijs, tam evitatur *mala conscientia*, quam reparatur & sanatur. si modo extremè talis non sit.

Petrus  
*Löfsgreen*.  
de mente  
compositâ

XIX.

*An si perstitisset homo, in primævâ integritate, locum haberet mala conscientia?*

R. Neg: sublatâ causâ, tollitur effectus. vitium locum ibi non habuit, cum conditus fuit, delictum illud na-

zuræ homo, rectus, E. neq; mala con-  
 scientia vitij fœtus. conscientia ibi, non  
 accusavit, non opprobavit, sed ex-  
 cusavit & adprocavit suaviori calcu-  
 lo cuncta, quæ homo egit. Egit  
 quippè tum solùm, secundum virtu-  
 tem perfectissimam & optimam in  
 vitâ perfectâ, ubi nulla appetitus *at-  
 tæ* *xiæ*, nulla rationis & affectuum pu-  
 gna, quibus post lapsum mortales cun-  
 cti laboramus. sed ulterius de hâc  
 quæstione disserere, sacras profiten-  
 tibus literas relinquimus. Et tan-  
 tum de quæstionibus.

## A X I O M A T A,

I.

*Conscientia non est pars intel-  
 lectus, sed est singularis quidam  
 actus.*

*Intellectus facultas est simplex, nulla  
 constans partibus. actus E. singularis  
 in animo humano conscientia est &  
 quidem non unus & simplex, sed  
 complicatio diversorum actuum, tan-  
 quam partium integrantium. Ita tri-  
 bus quoq; his exeritur actibus in syl-*

V Vene  
 delin.

F 5 logismo



logismo practico, videlicet proponēdo, assumendo & concludendo: Iste est, quando legem explicat, Ille quando factum applicat, Hic quando sententiam pronunciat. ut diximus supra,

## II.

*Conscientia est factorum accuratissimus Notarius.*

Facis bona, facis mala, catalogum eorum accuratum tibi reddet. *Nocte dieq; tuum gestas in pectore testem.* & hunc si contempseris, o te miserum! o te infelicem! beatitudinis irreparabile facis naufragium. Facito E bona & recta; Sic suavia pectusq; tuum dulci tranquillitatis & lætitiæ rore refocillantia in *conscientiæ* tuo protocollo invenies. Mala v. si feceris, horrenda & miserum tuum animum miris, diris modis distorquentia miser offendis. Formidulosa enim res est malitia & *proprio teste* damnata; à *malâ conscientia* compressa semper mala præfagit. Hinc dicitur testis oculatissimus & codex, in quo omnia delicta sunt descripta. Et notanter dicuntur descripta, quod magis est, quam

Juven.  
Seneca,

Chryst.  
in Psal.  
51.

quam inscripta vel conscripta. unde 21  
& sancti lapsi, dixerunt delicta sua semper esse coram se. Testis quippe est non fallax, quem celare nemo potest.

III.

*Qui agit contra conscientiam, peccat semper.*

Conscientiam puta propriè dictam: Contra quam, qui agit, nulla dispensatio efficere potest, ut non peccet. Omnis enim qui contra præceptum agit, peccat, sed conscientia est præceptum in animo, E. qui contra eam agit, non potest non peccare. *Αντιθέμενον ἔστιν ἐν τοῦτοκαίμενω*, agere contra conscientiam, & tamen non peccare: Cum tantum sit contra ipsam conscientiam agere, quantum contra ipsum numen à quo nobis data est.

Cicero

IV.

*Leges civiles violatæ sauciant Conscientiam, sed non absolute.*

Sauciant, si conscientia legi sint conformes, si latæ sint de rebus absolutè necessarijs. Si violatio suborietur ex pleno consensu. Non vero sauciant

92 violatæ, si *conscientiæ* legi ad verfantur,  
Si latæ sint de rebus indifferentibus,  
Et si violatio illa oboriatur ex infirmi-  
tate vel ignorantia planè invincibili.  
Hæc cum excusat *in foro conscientia*,  
etiamsi non item *in foro externo, civili*.

V.

*Sine læsione Conscientiæ non dā-  
natur, quem iudex ipse novit inno-  
centem etiamsi vel testibus fuerit  
convictus.*

Confes- Non quidem desunt, qui nituntur  
rantur, in contrarium. Censentes *conscientiā*  
Lies non sauciari, non lædi, quando judi-  
bench. catur secundum acta & probata. Eti-  
polit. amsi damnatur, quem innocentem  
coll. iudex novit. volunt aliam in iudice  
Exc. 12: esse *conscientiam publicam*, quam ha-  
q. 6. bet ut iudex & aliam *privatam*, quam  
Horn. habet ut homo. Dicunt iudicem  
doct. non peccare, non *conscientiam* lædere,  
Civ. quoties cogitur iudicare, si secundum  
de prus allegata iudicet, cum partes ejus of-  
den ju- ficij sunt, secundum acta & probata  
diciar. iudicare. Qui vero facit quod ejus est  
& Vv. officij, non peccat, non sauciat suam  
delin. officij, non peccat, non sauciat suam  
de vita officij, non peccat, non sauciat suam  
rectā officij, non peccat, non sauciat suam

*conscientiam.* Et iudicem non obligari ad eum absolvendum, qui sufficienter convictus est, quamvis innocentem illum sciat. Injustum insuper iudicium quod secundum allegata non fit. Ast, res se sic non habet. Qui damnat, quem noverit innocentem, agit tam contra suam *scientiam*, quàm novit eum esse innocentem, quam contra *conscientiam*, quæ neminem lædere & unicuiq; quod suum est tribuere, jubet, contra quam tantum est agere, quantum contra ipsum Numen. Et qui contra *eam* agit non potest non peccare, non potest non eam sibi lædere ac lædere. Cum recti & pravi iudex sit. Fatemur esse secundum allegata iudicandum, sed non secundum ea, quæ iudex novit ipse esse falsa, ad hæc, non inducimur ad credendum, iudicem obligari, cum *sue scientiæ*, & *conscientiæ* propriæ, quæ lex Dei est, contraveniant. Quod dicunt, in iudice *conscientiam* aliam esse publicam, quam habet ut iudex, aliam privatam, quam habet ut homo, caret fundamento o-

mi. Una est propriè *conscientia*, & eadem ejus ratio; publicè & privatim. Nec arbitramur judicis esse officij, judicare secundum allegata, quæ novit ipse falsa & damnare innocentem, quem nocentem testes mentiuntur.

Exod. I

Mendacij vocem non licet suscipere. sed ej<sup>o</sup> officium erit, judicare secundum allegata, quæ secundum tantum facta sunt veritatem. Oracula enim divina severe prohibent, ne occidatur justus & innocens. Quare judex, non obligatur, censemus, vel ad absolvendum vel condemnandum reum judicio publico sufficienter convictum, si eum innocentem evidenter norit: Hic à judicio planè abstinendum est. Nam ad sententiam ferendam judex cogi non debet. Nec potest, si præcisè nolit: quia absolutè voluntas non potest cogi. Et voluntatis est pronuntiatio sententiæ. Interim tamen, movebit judex omnem lapidem, ut quem noverit innocentem liberet. Quod videtur commodissimè fieri posse. Absterrendo testes à perjurio, fideliter de lo-



co, tempore &c. percontando. Et  
 si sit inferior judex, hoc negotium ad  
 superiorem potissimè remittendo.  
 ibiq; reum suo testimonio juvabit,  
 etiam jurato, modo illi eo pacto con-  
 suli possit. Et hæc quanto faciet  
 studio, quanto amat *conscientiam* pos-  
 sidere tranquillam ac lætam. Satius  
 quippè est, nocentis facinus im-  
 punitum relinquere, quam innocen-  
 tem damnare: Maximè, si contra  
*conscientiam* id fiat. Cum sit illa gra-  
 ve pondus. Et habeat in utramq;  
 partem magnam vim; *Quam, si bo-  
 nam* habes, felicius deliciosusq; vives;  
 si vel teruncium non possideas, quam  
 in quem conflati sunt Sardanapali sex-  
 centi: *Si malam*; miserimus es, etiã si  
 vel purpurâ ad talos usq; demissâ  
 splendeas, nec inter somnia securus. *Sperliu*  
 Quare interest maximè, ut ratio  
*conscientia* nunquam intermittatur.

## VI.

*Non est lex justa, quæ cum con-  
 scientiæ lege pugnat.*

*Est lex in genere, Norma rectè agen-  
 da cum obligatione præscribens.* Estq;  
 vel

ex l. ab-  
 sent. ff.  
 de pæn.

Ciceron

Sperliu

lex in  
 Gene  
 quid

96 vel divina vel humana. *Divina est,*  
lex. div. *que a Deo ipso lata est.* Et est rursus  
quid divina duplex: alia cordibus humanis in-  
quotup scripta & impressa, alia præscripta  
& expressa. *illa lex conscientie, lex*  
*naturæ dicitur; Hæc decalogus seu*  
*lex moralis & καὶ ἐξοχὴν lex divina.*  
(loquor de leg: divin. jam in vigore)

lex nat. Lex naturæ, est vel *primaria, que digi-*  
quotup *to Deo inscripta, immediatè cum naturâ*  
*hominis propagatur, Cujus præcepta*  
*multoties ante enudavimus, ad quâ*  
*homo in primo naturæ momento dispo-*  
*nitur, quatenus nempe homo; Hæc est*  
*propriè conscientie seu naturæ lex: Vel*  
*secundaria, que a primaria originem ha-*  
*bet, ad quam homo disponitur in secundo*  
*naturæ momento, quatenus membrum*  
*humanæ societatis. Hæc referri*  
*potest ad legem humanam, cum*

Jus Gen- aliud non videtur, quam quod vo-  
tium. cant jus Gentium, *quod omnium Gen-*  
quid. *tium & populorum consensu constitutum*  
lex *est. unde Icti, legem humanam in*  
humã. jus Gentium, quod heic nunc De-  
quotup scriptum dedimus & jus civile divi-  
dunt: *Quod supremæ Majestatis præ-*  
jus ci- *ceptum*  
vile  
quid

ceptum est, legi natura non contraveniens, sed circumstantias aliquas ratione probabili definitas et superaddens. Sequitur hinc, non esse humanam legem justam, quæ Conscientiæ legi contraria est, cui accepta, lex quâ iusta omnis venit referenda, lex quippe illa Dei est, quâ cum, quod pugnat, iustum esse non potest. Esse Deum legum authorem primum vel gentibus quodammodo fuit notum. Cum etiam suas ad Deos retulerint leges. Sic Charontas Carthagenensis suarum legum authorem prædicabat Saturnum. Zoroaster Hermoalim. Numa Pompilius Deam Ageriam. Zamolxis Festam. Mahumetes Angelum Gabrielem. Minos Cretensis Jovem. Solon & Craco Minervam. Lycurgus & Plato Apollinem ut refert Dithmarus. Quamvis graviter titubabant in conceptu objectivo, haud tamen male, deprehenderunt, legum primam originem non esse humanitus, sed divinitus acceptam. Unde summus ille bene dicendi artifex; Divinitus no-

Dith.  
marus  
Polir.  
Syr.

Cicero

bis datam esse *conscientiam*, à nobis divelli nesciam; Quæ recta & honesta serio mandat, prava & turpia seriò prohibet. Injusta igitur censenda est lex, sine omni dubio illa Aristotelis & Platonis, quâ uterq; abortus fieri jubet, ne civium multitudo excreseat; *Legi* quia *Conscientia* planè contravenit. Quæ neminem lædere dicitur, neminem occidere concludit.

## VII.

*Lex moralis & lex Conscientia materialiter non differunt.*

Realiter esse unum, modo seu formalitè differre tantum, res rectè estimantes faciles largientur, sacris elogiis & rectâ ratione edocti. Nam *conscientia lex*, solenniter à Deo ipso repetita, *moralis audit*. Sequitur E. *moraalem legem non esse aliud, quam diviniſsimã Conscientia legis expressionem, publicã & solenni formã promulgatam, & collata utriusq; præcepta, concordia convenire deprehendimus.*

Lex  
notatis  
judi.

## VIII.

*Quod aliquando non lædit Con-*  
ciens

*scientiam, illud non est accipiendum; 68*  
*quasi eam lederet nunquam.:*

Duplex est naturæ inclinatio: *particularis*, qua res naturalis ad motus sibi proprios naturæq; suæ consentaneos fertur: Et *universalis*, quâ naturalis res ad totius universi conservationem & salutem fertur. Sæpe natura contra proprium & naturalem suum motum tendit, ad motus sibi dissentaneos, nè salus totius universi periclitetur. Quod vel elegans hoc ex physicis exemplum pellucidè monstrat: Aëris proprius & particularis motus est, ob levitatem suam connaturalem, tendere sursum; Interim tamen, cum metus vacui ingruat, utpotè, cum effoditur terra aut caverna fit, tum aër contra motum proprium deorsum in foveam tendit, ob salutem totius universi, nè scilicet vacuum in regnū naturæ introducatur. Ita in moralibus (quod ad axioma applicamus) conjugium fratrum & sororum in antediluvianis frequentatum, contra quidem erat propriam hominis



100 naturam seu particularem naturæ  
humanæ inclinationem, cum pu-  
gnabat contra id præceptum *consci-*  
*entia*, quod jubet honestè vivere,  
Reverentiam sanguinis nobis hoc  
ipso commendans. Tale conjugi-  
um non potest aliàs *conscientiam* non  
lædere, videlicet quando nulla ne-  
cessitas ad est, seu nullum humani  
generis exitiū metuitur. Interim in  
Antidiluvianis fratrum & sororum  
conjugium *conscientiam* non lædit;  
quia tendebat ad totius universi con-  
servationem. Tempore n. primor-  
um hominum excisio generis hu-  
mani metuenda erat. E. motus ille  
particularis cedebat universali. Ad-  
eoque ipsa natura monebat, cum so-  
roribus in eūda fratribus conjugia, ne  
Genus humanum excinderetur,  
sed multiplicaretur. Et sic erat hic  
actus, secundum naturam scilicet u-  
niversalem, licet erat contra pro-  
priam & particularem. Sed si ta-  
les actus, in hoc præsentī humanæ  
vitæ statu committerentur, *conscien-*  
*tiam* non possent non lædere, cum

contrarij essent naturæ tam particulari quam universali, nulla quippè adest jam necessitas. Contrarij essent *Divina legi, impressa & expressa*, unde rectè B. Augustinus: Quanto hoc est antiquius necessitate compellente, tantò postea factum est damnabilius religione prohibente.

August.  
lib. 15.  
cap. 16.  
De civ.  
Dei

IX.

*Per plurima lædunt Conscientiam absolutè & nudè sumpta, quæ tamen mutatis conditionibus & circumstantiis possunt non lædere.*

V. G. Homicidium absolutè & nudè sumptum, malum omninò est & apud omnes habetur, & talitèr perpetratum, *conscientiam* omninò lædit, cum directè cum hoc *ejus præcepto* pugnet: neminem esse lædendum, à quo deducitur non occides. Interim, cum id fiat publicâ auctoritate ob bonum commune, in eum qui perniciosus est publicæ rei, non est malum, non lædit *conscientiam*, quia congruit ad hoc præceptum ejus, Unicuiq; suum esse tribuendū. sceleratis

102 ratis E. pœna tribuenda. Sic tollere a-  
lienum in vita bonum lædit *conscientiam*, cum hoc ejus præceptum op-  
pugnat, Unicujq; quod suum est,  
esse tribuendum, absolutè & nudè sic  
sumptum: interim tamen, extremâ  
necessitate urgente non lædit. De-  
finit quasi tum alienum bonum  
esse alienum & sit commune. Mul-  
ta enim sunt mala, si nudè & abso-  
lutè sumantur, quæ tamen mutatis  
circumstantiis possunt honestari &  
bona fieri.

X.

*Conscientiam bonam non vulne-  
rat convitium, nec Malam sanat  
laudantis præconium.*

Sicut nihil prodest, si omnes lau-  
dent, & *conscientia* accuset: ita vicif-  
sim obesse haudquaquam poterit, si  
omnes derogent & sola *conscientia*  
defendat. Nam si bonum quod de

August.

veni.

venit in nobis, in magnam debe- 101  
 mus proficere laetitiam. *Conscia mens* Ovidij  
*recti fama mendacia ridet.* Benè sibi  
 conscius falsis non debet moveri  
 convitiis, nec æstimari plus ponde-  
 ri in alieno esse convitio, quam in  
 suo testimonio. Hoc nobis esse de-  
 bet instar arcis inexpugnabilis, ad-  
 versus omnes malorum impetus,  
 adversus petulantissimas verborum  
 contumelias, adversus acerbissima  
 maledicentiæ ac irrisionis spicula,  
 quod nobis sumus *consci* rectæ vo-  
 luntatis. Hinc Gentium Doctor pro- 1. Cor.  
 minimo reputabit, ut judicaretur ab 4. v. 4.  
 alijs, cum nullius rei sibi conscius  
 esset. Virtutis non est, quodq; ægrè  
 ferre, sed eo pluris æstimanda, quo  
 plura contemnit. *Ζηλῶτε μὴ ἵεσθε*  
*πλείους κεκτημένους, ἀλλὰ, ἵεσθε μηδὲν κα-*  
*κὸν σφίσι αὐτοῖς συνειδότας.* Neq; is fe-  
 lix planè censetur cui non obtingit  
 aliquid adversi: unde Demetrius ait:  
*Nihil mihi videtur infelicius eo, cui ni-* De me-  
*nihil evenit adversi.* trius.

XI.

*Conscientia magis quam fama*  
*attendenda.* G 4 Utraq;

Ultraq; quidem Cura homini erit,  
*Conscientia* maximè proptèr nosmet-  
 ipsos; *Fama* vel propter proximum.  
 Vita (ut dicitur) & fama, pari pas-  
 su ambulant. Sed *conscientia* ar-  
 dentius longè cordi erit; adeò ut  
 fama perdatur nè bona perdatur *con-*  
*scientia*. Rectæ quia voluntatis *con-*  
*scientia*, famæ læsæ maxima est con-  
 solatio. Sed rerum præclarè gesta-  
 rû *fama*, *conscientiam læsam* vehemen-  
 toribus agitât stimulus. Falli fama  
 sæpè potest, *conscientia* nunquam.  
 Vitari possunt famæ incommoda sed  
 Morsus *conscientiæ* non possunt, Tu-  
 tiorè & tranquilliorè nobis in  
 illo *conscientiæ*, quam hoc *famæ* portu  
 patere receptum, quis non videt?  
 sunt qui malè de eo opinantur & exis-  
 timant; sunt qui animum hostili  
 odio imbutum habent, & similtates  
 ex invidiâ & emulatione conceptas,  
 in illum tantum exercent, qui læsit  
 sciens neminè: sūt qui benè de eo-  
 dem loquuntur & sentiunt. Eodem  
 est loco, cum recti solatur *conscientia*.  
 In ipsa enim rectè factorum *conscientia*,



*satis magnus est iis fructus, qui cum crimine non possint, invidia incendio conflagrare. Nam, ut orator ait: nullum Theatrum virtuti Majus Conscientiâ. Pluris E. nobis nostra ipsorum conscientia esse debet, quam omnium hominum sermo. Conscientiam possidere bonam, nostræ relictum est potestati: fama volvitur alienis plurimum manibus. Et quamdiu adest, adest quasi commodato, sed bona conscientia, nec commodatur nec emittitur. Sed, quid & quantum bona conscientia, famæ comēta ridens, valet, satisq; superq; in hoc speculo tralucet.*

Devotis nunc, ad divinum favorem confugimus precibus, vires adaugeat, ut fideles velis rimisq; in id incumbere possimus, ut inter hæc fluctuantia adversitatum & lacrimarum æquora, ad ejus nutum, *divinum planè ac caeleste hoc depositum conscientiam circumduca-*

106 mus, ut sit nostrum in morte  
solatium, & tandem eam doro-  
ri relaturi, sit suavissimæ vitæ antea-  
ctæ testis, ipsoq; coram absq;  
confusione in perpetuas confi-  
stamus æternitates. Hic por-  
tui navim meam adplico: me  
qui duxisti & deduxisti ter al-  
me Deus, qui ante omnia, post  
omnia totus, unus, ipse, Tibi  
inquam humillimam gratia-  
rum persolvo laudem, quod  
hucusq; cœlesti tuâ ope prove-  
xisti. Tu benignus nobis esto,  
O Pater benignissime. Da re-  
feramus ad te, quod consecuti  
sum<sup>9</sup> a te, tibi soli laus, gloria,  
honor & potestas in nun-  
quam terminanda  
secula.

*Speclata virtutis & insignis eruditionis  
laude conspicuo JUVENI,  
Dn. ENEVALDO WIDBECKIO,  
Pro summis in Philosophia honoribus  
publicè Disputanti, egregios conatus  
& progressus, hoc schediasma-  
te gratulari volui:*

**O***Rta Jovis cerebro Pallas conficta Poëtis,  
Arguit esse polo progenitam Sophiam.  
Scilicet à primo est sapientia numine: cujus  
Munere, mens hominis cognita vera videt;  
Ille simul nostris divina dogmata legis  
Cordibus inscripsit. Conscius estq; sibi  
Peccator, judexq; suus: certe arguit ipse  
Accusatq; suos quisquis in orbe dolos.  
Et decus excusat recti, licet omnia damnes  
Invidia & hostis. Judice tutus eris  
Mente bonâ: qua murus erit tibi abeneus. Ista  
Demonstras rectè. Gratulor ergo tibi  
Ingenij felicis opes, quibus ardua Phœbi  
Culmina conscendis. Vive! Vigeq; Vale!*

Licet impeditus cœteris  
L. tamen Mq;

MARTINUS MILTOPÆUS  
Acad. Aboens. h. t. RECTOR.

Ad

AD

*Eruditione & Moribus politissimum,*  
DN. ENEVALDUM NICOLAI  
WIDBECKIUM, Sororium meum per-  
dilectum, pro Gradu in Philosophiâ  
feliciter disputantem;

**I***nstar virtutis theatrorû cõscia mens est,*  
*Is facit ex animo, qui sine teste facit.*  
Conscia mens recti, famæ mendaciâ  
ridet:

*Conscia sed secleris jam mala fata timet.*  
*Non quod homo fastu tumet, at quod cri-*  
*mina celat*

*Excubat oclusas janitor ante fores.*  
*Quem mihi monstrabis? foribus qui pos-*  
*sit apertis*

*Stertere, non cupiat qui sua facta tegi?*  
*Differis egregiè, profers monumenta so-*  
*phorum;*

*Plura ENEVALDE, precor! sit tibi*  
*lata dies.*

L. Mq;

Enev. SVEN.

Q. G. A.

*Ad Ornatissimum Dn. CANDIDATUM,*  
**ENEVALDUM WIDBECKIUM,**  
pro Magisterij gradu conse-  
quendo Disputantem.

**P**Ræstantes Studijs maectantur honore beato  
Sic meritò, docti digna brabæa ferunt,  
Id referunt docti, statuunt quoque dogmata va-  
Virtus præcipuo carmine digna manet. (tum  
Si pingi castæ decus inviolabile mentis  
Possit, nil toto pulcrius orbe foret.  
Ast haud postremis mea par est Musa Poëtis  
Hanc etenim claudos aspice ferre pedes.  
Mens erat Aonijs salientes linquere versus  
Ingenijs: alia est cura relicta mihi.  
Dicebam, valeant mea prima pericula versus,  
Incautum non me cogis Apollo loqui.  
Area flexilibus (nam tardum ridet Apollo,  
Omnia sponte fluant) ista teretur Equis.  
Altitonans memmento tui, dum blandior aura  
Afflat, & ad votum dirigat hocce tuum,  
Hæc voti mensura mei est, patriamq; laresq;  
Incolumes servent fata benigna, Vale!

*occupatus quidem, sed  
L. Mj. scripsit*

**DANIEL** Gyldestâlpe



*Si quid laudis habet, sophicis pallefcere  
chartis,*

*Edere Castalio & scripta probata choro:  
Curarum aut, metas, patrios praefigere in  
usus,*

*Certior ut partes discat obire suas:  
Quodlibet ingenii vel mentis nobile pign<sup>9</sup>  
Sistere iudicio Palladis atq<sup>ue</sup> suo;  
Illud erit totum studiis ENEVALDE polite  
Festivo addendum carmine, crede, tuis.  
Certus babes sophericos quovis penetrare  
recessus*

*Et rarum quicquid vatibus esse solet,  
Nec minus ingenii, tacite plaudente Mi-  
Certus felicis, dona probare tui. (nervâ,  
Ergo tibi nomen tantæ & praconia famæ  
Atq<sup>ue</sup> novos titulos gratulor. euge, vale!*

*Honoris ergo gratulanti cala-  
mo at festino scripsit*

*JOHANNES FLACHSENIUS.*

*Juvenum exemplari ac Amicorum*

*meorum optimo,*

Politissimo Dn. CANDIDATO Widbecke:

**I**Nviolabile piæ mentis Tribunal, *conscientia*; non lubricis fluctuat opinionibus, nec perversis innititur testimoniis, sola n. constans & non temerata manet. Perfectissima hæc summi Arbitri manus, certissimum divinæ bonitatis erga nos miscros homines est argumentum. Pandis, luce digno, hoc tuo opere, Ornatissime Dn. CANDIDATE, Tribunalis hujus secretiora, Divina profecto res est, divinis occupari meditationibus; accipe ergo meritum virtutis præmium: vivas nunc clarus solo, & tandem sis charus cælo, quod animus vovet & indefinenter.

SAMUEL Gnsdenstålpe/

Pol. Prof. P.

---

Honorande Domine Frater;

**C**onatus tuis peregregijs, cum hætenus Deus Homines; favere voluerint: nihil restare videtur amplius, quam ut ipsi quoq; amici suas tecum jungant preces ac vota; Ego quantum in me est, non habeo multa dicere, sufficere potest si contaverim, quod si quisquam facio, ut benignissimum

Alkuperäinen Uusalan  
yliopiston kirjasto.





Summum illud ac ineffabile Numen, ea que pre-  
clare moliris cum gloria queas perducere omni-  
um ad metam illam, qua Deus ac patria con-  
senti esse possunt. Dissertationis hujus argu-  
mentum, difficile est laudare, quippe confessione  
quoque Doctorum incomparabile omnino maner-  
enebit; Quod nec dubitare possis, cum fami-  
liaris Tuus scriptor alibi habeat, Divinum quid  
est conscientia, & quoddam quasi vinculum nos  
cum Deo copulans, & infra, Bonus animus &  
Recti sibi conscius Summum bonum est. Sci-  
licet ardentur à prisco virtutis candore omnes  
illi, qui cum Gnathone Terentiano, insidiosa qua-  
dam dulcedine incautos circumveniunt ita, ut  
laudantes aliquid laudent, rursus si quidquam  
negaverit alius, in negantium partes descendunt.  
Parro, facilem ac venustam illam dictionem,  
qua materia valde ornatur, cum sententijs, cum  
doctis observationibus, ac in univrsum perite lo-  
quendi auctoritate, in tantum laudo, in quan-  
tum intelligo, mirificam hanc elegantiam Do-  
ctorum quoque admirationem ni fallor provoca-  
zantem. Igitur, cum plura non habeam, licebit  
vale-dicere amicorum optimo, ac insuper roga-  
re, velit mptissimo favere stylo quem adposuit

DANIEL ACHRELIUS